Pirson, Jules (ed.)
Merowingische und
Karolingische Formulare.

SAMMLUNG
VULGÄRLATEINISCHER TEXTE

HERAUSGEGEBEN VON
W. HERAEUS UND H. MORF

5.

MEROWINGISCHE UND KAROLINGISCHE FORMULARE

HERAUSGEGEBEN

VON

J. PIRSON

HEIDELBERG 1913
CARL WINTERS UNIVERSITÄTSBUCHHANDLUNG

…lags-Nr. 974.

Sammlung vulgärlateinischer Texte
herausgegeben von W. Heraeus und H. Morf
5. Heft

Merowingische und Karolingische Formulare

herausgegeben

von

J. Pirson

Heidelberg 1913
Carl Winters Universitätsbuchhandlung

Verlags-Nr. 974

Einleitung.

Dieses Heft bietet eine Auswahl merowingischer und karolingischer Formulare, die zumeist in Frankreich, zum Teil auch in Deutschland, in der Schweiz und in Spanien abgefaßt worden sind; sie enthalten Musterbeispiele von Urkunden und Briefen verschiedener Art zum Gebrauch für weltliche und geistliche Notare. Die hier veröffentlichten Texte stammen aus dem 6., 7., 8. und 9. Jahrhundert und lassen an dem sprachlichen Ausdruck die frühere oder spätere Entstehungszeit erkennen. Hier aber im Gegensatz zu anderen Schriften gilt bei der Würdigung der Sprachformen der Grundsatz: je älter, je verderbter. Die merowingischen, d. h. vor 750 abgefaßten Formulare, fallen in eine Periode geistiger und sittlicher Verrohung: infolge der durch die Einwanderung und Niederlassung germanischer Völker auf dem gallischen Boden hervorgerufenen politischen Umwälzungen sank das kulturelle Niveau der Galloromanen, der Schulunterricht hörte fast ganz auf, die grammatikalische und literarische Überlieferung aus dem Altertum geriet in Vergessenheit, und die Schriftsprache wurde von der Umgangssprache, die in jener Zeit schon romanisches Gepräge angenommen hatte, in weitgehendstem Maße beeinflußt. Die damaligen Urkundenschreiber der städtischen Verwaltungen und der königlichen Kanzlei wollten sich noch wie ihre Vorgänger des Lateins bedienen, aber ihre Kenntnis der Regeln war so mangelhaft, daß sie oft nicht fähig waren ihre Gedanken richtig auszudrücken und daß es uns oft große Schwierigkeit macht den Sinn eines Satzes zu erschließen. Derartige Sprachdenkmäler, die von Vulgarismen wimmeln und die tiefste Stufe der Entwicklung des Schriftlateins darstellen, sind sprachhistorisch betrachtet von sehr hohem Interesse und bilden daher den Hauptteil dieser Sammlung. Die späteren Texte weisen eine wesentlich andere Form auf. Unter der Regierung Karls des Großen und Ludwigs des Frommen wurde in den klösterlichen Schulen der Unterricht in der Grammatik und die Lektüre lateinischer Schriftsteller wiederum eifrig gepflegt; die geistlichen Notare, denen jetzt die Abfassung von Urkunden

in der Hauptsache zufiel, waren des Lateins wieder mächtig und sogar imstande die Fehler aus älteren Vorlagen auszumerzen. Freilich verschwinden die Vulgarismen der Merowingerzeit nicht auf einmal, aber es läßt sich nicht leugnen, daß die Sprache der Formulare aus der zweiten Hälfte des 8. und vor allem aus dem 9. Jahrhundert eine in jeder Hinsicht viel korrektere ist. Doch bei ihrer größeren Regelmäßigkeit hat sie auch oft ihren eigenen Charakter, wie das Karolingische Latein überhaupt, das dem Schwulst und der Geziertheit früherer Kirchenschriftsteller nachstrebt. Deswegen habe ich es für angebracht gehalten auch einzelne Stücke aus der besseren Zeit hier aufzunehmen. Zugleich wird es dadurch möglich den sprachlichen Abstand zwischen den jüngeren und älteren Texten sowie die Wirkungen der karolingischen Renaissance auf diesem abgelegenen Gebiet der literarischen Tätigkeit richtig zu ermessen.

Den Text, den Zeumer in seiner Ausgabe der *Formulae* für die Monumenta Germaniae historica festgesetzt hat, habe ich bis auf wenige Lesarten, die ich für verbesserungsfähig hielt, dieser Auswahl zugrunde gelegt. Der von demselben Gelehrten beigegebene Variantenapparat, der mitunter wertvolles Material enthält, ist herangezogen worden; aber um den vorgeschriebenen Umfang nicht zu überschreiten, mußte ich mich auf die Formen beschränken, die mir besonders interessant erschienen. Zur Einführung in die Lektüre der Formulare habe ich in einem Anhang die Probestücke aus der Sammlung von Angers, welche die meisten Schwierigkeiten bieten, ins Deutsche übertragen. Die juristischen mit einem * bezeichneten Ausdrücke sind in einem besonderen Verzeichnis am Schluß übersetzt worden. Zur Interpretation der Formulare empfiehlt es sich in erster Linie folgende Werke zu Rate zu ziehen:

Zeumer, K., Über die älteren fränkischen Formelsammlungen. Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde. VI 1881 S. 9—115.

Breßlau, H., Handbuch der Urkundenlehre für Deutschland und Italien I 1899 (X. Kapitel: Die Urkundensprache).

Rietsch, Fr., Handbuch der Urkundwissenschaft. 2. Aufl. Berlin 1904.

Brunner, H., Zur Rechtsgeschichte der römischen und german. Urkunde. I Berlin 1880.

Sickel, Th., Acta regum et imperatorum Karolinorum digesta et enarrata. I. Teil: Lehre von den Urkunden der ersten Karolinger (751—840). Wien 1867. (Über die Sprache S. 137—158).

Neumanns Handlexikon zu den Quellen des römischen Rechts. 9. Aufl., neu bearbeitet von E. Seckel. Jena 1907.

Slijper, E., De formularum Andecavensium latinitate disputatio. Diss. Amsterdam 1906.

Pirson, J., Le latin des formules mérovingiennes et carolingiennes. I: Phonétique. Roman. Forschungen: Band XXVI S. 837—944 Erlangen 1909.

Beszard, L., La langue des formules de Sens. Paris Champion 1910.

Abkürzungen:

Z. = Zeumer, K., Formulae merowingici et karolini aevi. Monumenta Germaniae historica. Legum sectio V: Formulae. Hannover 1886.

F. = Formulae.

A 1 = Codex Lugduno Batavus, bibliothecae publicae n. 114, 9. Jh.; **A 2** = Cod. Parisiensis Lat. nr. 4627, 9. Jh.; **A 3** = Codex Parisiensis Lat. nr. 10756, 9. Jh.; **a 1** = cod. Varsoviensis, 9. Jh.; **a 2** = cod. Parisiensis Lat. 4409, 9. Jh.; **a 2*** = Cod. Vaticanus Christ. reg. 852, 10. Jh.; **B** = codex Parisiensis Lat. nr. 2123, 9. Jh.; **C** = cod. Parisiensis 4405, 9. Jh.; **C 1** = Codex Lugduno Batavus Voss. Lat. n. 86, 10. Jh.; **C 2** = Cod. Monacensis nr. 4650, 9. Jh.

Erlangen, im August 1913.

---

1. Hic est vindicio, qui se ipsum vindit.

Domno mihi illo necnon et coniux sua illa ego illi. Quia coniuncxerunt mihi necligencias, quod res vestras furavi, et in aliter transagere non possum, nisi ut integrum statum meum in vestrum debiam inplecare servicium, ergo constat, me nullo cogente imperium, set plenissimam voluntate mea, etsi de hac causa reprobus aparuerit, pro ipsa necligencia integrum statum meum in vestrum servicium oblegare. Debiam accipere a vobis precium, in quod mihi conplacuit, soledus tantus, ut quicquid ab odierno diae de memetipso facere volueritis, sicut et de reliqua mancipia vestra obnoxia, in omnibus, Deo presole, abeatis potestatem faciendi, quod volueritis. Si fuerit ego ipsi aut aliquis de propinquis meis vel qualibet extranea persona, qui contra hanc vindicione, quem ego bona volumtate fieri rogavi, agere conaverit, inferit inter tibi et fisco soledus tantus, vobis conponat, et quod repetit vindecare non valeat, et hec vindicio atque volomtas mea firma permaneat.

F. Andecavenses (Z. S. 5 n. 2). a. 500—550.

2. Hic est vindicio de terra conducta.

Ego enim illi. Constat me vindedisse, et ita vindedi ad venerabile fratri illa viniola, plus menus iuctus tantus, et residit in terraturium sancti illius, in fundo illa villa, et accipi a vobis precium, in quod mihi conplacuit, hoc est soledus tantus, ut de ab odiernum diæ memoratus emtor, quicquid de ipsa vinia facere volueris, liberam in omnibus habeas potestatem faciendi. Si quis vero, que esse non credo, se fuerit aut ego ipsi aut ullus de heretibus meis vel quislibet obposita * persona, qui contra hanc vindicione, quem ego bona volumtate fieri rogavi, venire aut resultare presumpserit, dupplit tantum et alio tantum, quantum hec vindicio ista contenit[1], et quod repetit

[1] consenit, Z. S. 6, 20.

vindicare non valeat, et hec vindicio omni tempore firma permaneat.

Actum Andecavis.

F. Andecavenses (Z. S. 6 n. 4). a. 500—550.

3. Incipit vindicio proprietate.

Domino venerabile et in Christo patri illo abbate ego illi et coniux mea illa. Constat nus vindedissemus, et ita vindedimus vobis terra proprietatis nostre in loco noncupante illo, et accipi proinde precio de vobis, in quod nobis conplacuit, hoc est in argento soledus tantus, ut, quicquid de ipsa terra proprietatis nostrum, que nus bona volumtate vobis venondammus, facere volueris, liberam in omnibus habeas potestatem. Et si quis de nus ipsis aut de propinquis nostris vel qualibet extranea persona, qui contra hanc vindicione agere conaverit, inferit inter vobis et fisco, conponere * debiat soledus tantus, et quod repetit vindicare non valeat, et haec vindicio perenni tempore firma permaneat, stibulacione subnixa.

F. Andecavenses (Z. S. 13, n. 27). a. 500—550.

4. Incipit securetas.

Ego enim illi, qui conmaneo villa illa sancti illius. Convenit mihi bona volumtate ad securitate ad homine nomen illo facere debere; quod ita et fici, pro eo quod illa rem ad furtis condicionis post se abuissit, et accipit[1] exinde argento tantum; proinde mano mea et bonorum firmata tibi exinde dedisse, ut post hunc diae de hac causa quietus et securus resediat. Et si fuerit aut ego ipsi aut aliqua persona, qui contra hanc securitate, quem ego mano mea firmata tibi deti, resultare voluerit, soledus tantus inter tibi et fisco conponere* debiat, et quod repetit vindecare non valeat[2], et haec securitas adque volomtas mea firma permaneat.

F. Andecavenses (Z. S. 19, n. 42). 7. Jh.

5. Incipit epistola, quem hominem repotavit[3] de res suas.

Dum cognitum est, quod homo nomen illi alico homene nomen illo mallavit pro res suas, et ipsi illi male ei exinde

---

[1] *Lies* accipi. [2] valea *c.* [3] *Lies* repetivit.

numquam fecisset; proinde ipsi illi ante bonis hominebus convenit, ut hanc epistola facere deberit, ut nullumquam tempore contra ipso agere non presumat. Quod si illi aut aliqua persona ad vicem suam ipsa causa resultare presumserit, soledus tantus inter tibi et fisco conponere debiat, et quod repetit vindecare non valeat, et hec epistola firma permaniat.

F. Andecavenses (Z. S. 19, n. 43). 7. Jh.

6. Incipit noticia, quem homenem in causa sua repellavit.

Noticia, qualiter veniens illi Andecavis civitate ante venerabile vir illo abbati vel reliquis quam plures bonis hominibus, qui cum ipsi aderunt[1], cuius nomina vel scripcionibus adque signaculum subter teniuntur inserta, interpellavit alicus hominis his nominibus illus et illus, dum dicerit, quasi vinia sua in loco noncupante illo male ordine pervasissit. Quia ipse illi et illi taliter in respunso [dederunt], quod autore* habebant legitimo nomen illo maiore, quia ipsa vinia ad eos dedissi, sic ab ipsis viris illi fuit denonciatum, ut die illo Andecavis civetate ipso illo in autericio* presentare deberit; se hoc non facebat, cum legis beneficio ipso illo de ipsa vinia revestire* deberet.

F. Andecavenses (Z. S. 21, n. 47). 7. Js.

7. Incipit judicius.

Eveniens illi Andecavis civetate ante illo preposito vel reliquis hominibus, qui cum eo adherunt[2], interpellabat aliquo homine nomen illo, quasi animalia per sua menata heos[3] dicere* habuissit, et ipsa animalia per sua menata aliquas mortas fuerant, et ipsa pecora illi excorticassit, posteaque mortas fuerunt. Interrogatum fuit ipsi illi, qui de hac causa respunso darit. Et ipsi illi taliter locutus fuit, quod nec sua animalia numquam menassit, nec per sua menata ipsa animalia digere* numquam habuissit, nec de manus suas excorticatas numquam fuissent. Propterea visum fuit ad ipso proposito vel qui cum eo aderant, ut in noctes tantas aput homines tantus ipsi illi in basileca domni illius excusare deberit. Se hoc facere potebat, de hac

---

[1] *Lies* aderant. [2] *Lies* aderant. [3] *Vielleicht aus* eas *entstellt.*

causa ipsi illi conpascere debirit; sin autem non poterit, quicquid lex de tale causa etdocet, emendare stodiat.

F. Andecavenses (Z. S. 12 n. 24). a. 500—550.

8.

In Dei nomen. Placuit adque convenit inter illus et illus germanus, ut inter se de res eorum devidere debuerunt; quod ita et fecerunt. Accipit illi, hoc est casa cum omni circumcincto illa seu et mancipia vel mobile et inmobile, quem in ipsa casa esse viditur, vel vinias, silvas et prata, quantumcumque in ipsa casa aspicere viditur, totum et ad integrum; et in contra accipit germanus suos illi alio locello illo cum omne rem ad se pertinentis. Unde convenit, ut manus eorum firmatas inter se accipere deberunt; quod ita et fecerunt, ut unusquis quod accipit habeat, teneat et possedeat, vel cui voluerit derelinquat. Et si fuerit unus ex nus ipsis, qui contra pare suo agere aut resultare presumserit, partem suum ad pare suo admittat, et insuper soledus tantus conponat*, et quod repetit nichil valeat vindecare, et hec paccio divisionis omni tempore firma permaneat.

F. Andecavenses (Z. S. 24, n. 55). 7. Jh.

9.

Ego enim illi. Convenit nobis ad peticionem nutrido nostro, ut aliquo locello nomen illo in loco, qui vocatur illo, pro asidua servicio suo vel benevolencia, qui circa nus habire visus est, ei concidere deberemus; quod ita et fecemus, ut post hunc die ipso locello integrum habiat concessum, ut, quicquid de ipso facere volueris, liberam in omnibus habias potestatem faciendi. Et pro infestantis malis hominibus convenit, multa ibidem inserre debiamus; quod ita et fecemus. Et si fuerit, qui contra epistola ista, ullus de heredibus meis aut qualibet homo aut extrania persona, qui contra ipsa resultare voluerit, soledus tantus aei conponat*, et repeticio sua non obteniat effectum, et hec epistola omni tempore firma permaniat cum stipulacione subnexa.

F. Andecavenses (Z. S. 24, n. 56). 7. Jh.

10. (a) Hic est iesta[1].

Annum quarto regnum domni nostri Childeberto reges, quod fecit minsus ille[2] dies tantus, cum juxta consuetudinem Andicavis civetate curia puplica resedere in foro, ibiquae vir magnificus illi prosecutor dixit: „Rogo te, vir laudabilis illi defensor, illi curator, illi magister militum, vel reliquam curia puplica, utique coticis puplici patere iobeatis, qua habeo, quid apud acta proseuere[3] debiam.“ Deffensor, principalis simul et omnis curia puplica dixerunt: „Patent tibi cotecis puplici; prosequere que optas.“ „Oboedire illa per mandato suo pagina mihi iniuncxit, ut prosecutor exsistere deberit, qualiter mandatum, quam in dulcissimo iocali meo illo fici pro omnis causacionis suas, tam in paco quam et in palacio seu in qualibet loca, accidere faciat, illas porciones meas, quem ex alote parentum meorum aei legibus obvenit vel obvenire debit, aut iustissime aei est reddebetum, aecontra parentis suis vel contra cuiuslibet hominem accidere vel admallare seu et liticare facias[4], inspecto illo mandato, quem in dulcissemo iocali meo illo fici, gestis municipalibus adlegare debeam.“ Curia viro dixerunt: „Mandato, quem tibi habere dicis, accipiat vir venerabilis illi diaconus et amanuensis.“ Illi prosecutor dixit: „Rogo domno meis omnibus puplicis, ut sicut mandatum istum legebus cognovistis esse factum, ut dotem, quem per manebus tenio, vobis presentibus in foro puplico iobeatis recitare.“ Curia vero dixerunt: „Dotem, quem te dicis per manibus retenire, illi diaconus et amanuensis Andecavis civetate nobis presentibus accipiat relegendum.“ Quo accepto dixit:

(b) Incipit mandatus.

„Domno mihi iocali meo illo. Rogo adque supplico dulcissima gracia vestra, ut ad vicem meam omnis causacionis nostras, tam in pago quam et in palacio seo in qualibet loqua, accidere faciatis, et illas porciones nostras, quaem ex alote parentum meorum mihi legibus obvenisse vel obvenire debit, aut iustissime nobis est redebitum,

[1] cf. unten n. 24 und 43. — [2] ille, Z. — [3] prosevere, *c*; prosequere, Z. — [4] *vielleicht* eliticare *statt* et l.

haec contra parentis meus vel contra cuiuslibit hominum accidere vel admallare seu adliticare faciatis; et quicquid exinde ad vicem nostram egeris, feceris gesserisve, etenim me abiturum esse cognuscas ratum.

Iuratum mandatum Andecavis civetate, curia puplica."

(c) Incipit cessio.

„Dulcissima et cum integra amore diligenda sponsa mea, filia illius, nomen illa, ego illi. Et qua, propicio Domeno, iuxta consuetudinem una cum volumtate parentum tuorum spunsavi, proinde cido tibi de rem paupertatis meae, tam pro sponsaliciae quam pro largitate tuae[1], hae est casa cum curte circumcincte, mobile et inmobile, vineas, silvas, pratas, pascuas, aquas aquarumvae decursibus, iunctis et subiunctis, et in omnia superius nominata, dulcissima sponsa mea, ad diae filicissimo nupciarum tibi per hanc cessione dileco adque transfundo, ut in tuae iure hoc recepere debias. Cido tibi bracile valente soledis tantus, tonecas tantas, lectario ad lecto vestito valento soledis tantus, inaures aureas valente soledus tantis, annolus valentus soledus tantus. Cido tibi caballus cum sambuca et omnia stratura sua, boves tantus, vaccas cum sequentes tantas, ovis tantus, sodis tantis. Haec omnia subscripta rem in tuae iure et dominacione hoc recipere debias, vel posteris suis[2], [si] inter nus procreati fuerunt, derelinquentis, salvi iure sancti illius, cuius terre esse videtur. Et [si] fuerit ullumquam tempore, qui contra hanc cessione ista, quem ego in te bona volumtate conscribere rogavi, aut ego ipsi, aut ullus de heredibus meis vel propinquis meis, aut qualibet homo vel extranea aut emissa persona, venire voluerit, aut agere vel repetire presumpserit, ante lite ingressus duplet tibi tantum et alio tantum, quantum cessio ista contenit, aut eo tempore meliorata voluerit[3], et repeticione sua non opteniat effectum, et haec cessio ista adque volomtas nostra omni tempore firma permaneat."

Post haec curia ait: „Se adhuc aliquid abis ex hac causa aut agere debias, dicitu in presente." Illi prosecutor dixit: „Gracias agere magnitudine vestrae, quod dotem

[1] cf. sponsalitia largitate donare Z. p. 581, 26, sponsalicia largitas, Z. 582, 21. — [2] *lies* tuis. — [3] *lies* valuerit.

sua scripta quem prosequio gestis municipalibus, ut abuit karetas vestra, alegassetis. It fecisse vobis ex more conscripse.“

T. Andecavenses (Z. S. 4—5, n. 1). a.514—515.

11. Obsolutionem.

Liberum esse credimus, quod Christus per Spiritum sanctum et baptismum lavacrum generavit; bene convenit, ut dimitentibus debita dimitantur peccata. Ego enim in Dei nomen ille et coniuves mea illa pre remedio anime nostrae vel pro aeternam retributionem obsolvimus a die presente servo nostro illo una cum infantes suos illus et illus, que de alode parentorum meorum vel pre cessionem extra consorcium heredum eorum mihi obvenit, a die presente pro animas nostras remedium [ingenuos] relaxamus, ut ab ac die sibi vivant, sibi agant, sibi laboret, sibi nutramenta proficiat, suumque iure commissos eum[1] et intromissus in ordinem civium Romanorum ingenuis se esse cognoscant, ut post ac die neque ad ullus heredibus meis servitius nec letimonius ne[2] onus patronati nec nulla obedientia eis non requiratur, nisi iant et maneant ubicumque voluerint, porte aperte, cives Romana se esse agnoscant. Defensionem vero tam æcclesia vel ominem[3] Deum timentium ubicumque expetire volueritis, libera et firmissima in omnibus habeatis potestatem ad hoc faciendum quicquit volueritis.

F. Arvernenses (Z. S. 30, n. 4). a. 500—550.

12. Indecolum communiturium* ad episcopum.

Domino sancto et apostolica sede colendo, domno et in Christo patri illo episcopo ille rex. Fidelis, Deo propitio, noster ille ad presentiam nostram veniens suggessit nobis, eo quod villa aliqua nuncupante illa, quod ad eodem de parte illius pervenire debuerat, post vos reteneatis indebitae, et nulla iustitia vobiscum ob hoc possit consequere. Propterea presentem indecolum ad coronam beatitudinis vestrae direximus, ut et pro nos orare debeatis et, si taliter agetur, antedicto illo de suprascribta villa legibus revestire

[1] *vielleicht* esse. — [2] ne, *c*; nec, Z. — [3] *lies* hominum.

faciatis. Certe si nolueretis et aliquid contra hoc habueretis quod opponere[1], vosmet ipsi per hunc[2] indecolum commoniti aut missus in persona vestra instructus nunc ad nostram veniatis presentiam ipsius lui[3] ob[4] hoc dando responsum.

F. Marculfi [Z. S. 59, n. 26]. 7. Jh.

13. Item indecolum ad episcopo pro alio distringendum.

Domino sancto et apostolico domno et patri illi episcopo ille rex. Illi veniens ad presentiam nostram suggessit, quasi abba[5] vester, *aut* clericus, *vel* homo vester, ille eidem servo suo per forcia tulissit vel[6] post se reteneat iniusti, et nulla iustitia cum eodem ex hoc consequere[7] possit. Propterea presentem indecolum ad sanctitatem vestram direximus, per quem petimus, ut et pro nos orare dignetis et, si taliter agitur, ipso abbate vestro illo, *aut* clerico, presentialiter[8] constringatis, qualiter, si ita agetur, ac causa contra iam dicto illo legibus studeat emendare. Certe si noluerit[9] et aliquid contra hoc habuerit quod opponere[10], ipso illo per fideiussores posito tunc ad nostram diregire[11] studeatis presentiam.

F. Marculfi (Z. S. 59, n. 27). 7. Jh.

14. Indecolum ad laicum.

Ille[12] rex[13], vir inlustris, illo. Fidelis noster ille ad presentiam nostram veniens nobis suggessit, quasi vos eum, nulla manenti causa, in via adsallisetis et graviter livorassetis et rauba[14] sua in solidos tantos eidem tullesetis[15] vel post vos reteneatis[16] indebitae, et nulla iusticia ex hoc aput vos consequere possit. Propterea presentem indecolum ad vos direximus, per quem omnino iobemus[17], ut, si taliter agitur, de presente hoc contra iam dicto illo legibus studeatis emendare. Certe si nolueretis et aliquid contra

[1] obponere B. — [2] hoc B. — [3] illi B. — [4] ad A 2; ab A 3. [5] abbas A 3. — [6] et B. — [7] consequare A 1. — [8] presentaliter A 3. — [9] nolierit A 1. — [10] obponat B. — [11] dirigere A 2, A 3, B. — [12] illi A 3. — [13] inluster A 2; viro inlustre B. — [14] raupa A 2. — [15] tullisetis A 2; tollisetis A 3; tullesitis B. — [16] reteneritis A 3. — [17] iubemur A 2.

hoc habueretis quod opponere[1], non aliter fiat, nisi vosmet ipsi per hunc indecolum commoneti Kalendas illas proximas ad nostram veniatis presentiam eidem ob[2] hoc[3] integrum et legalem dare responso.

F. Marculfi (Z. S. 60, n. 29). 7. Jh.

15. Relatione paginsium ad rege directa.

Suggerendo piissimo atquae precellentissimo domno illo rege et maiorem domus illo a servis vestris paginsibus illis, quorum subscribtionis vel signacula subter tenentur[4] insertae. Principalitatis vestrae circumspecta clementia novit iusta petentibus dignanter annuere et necessitatem patientibus subvenire clementer. Paenae omnibus patet, regionem nostram ab hostibus depopulatam esse et domus multorum igne crematas vel rebus ablatis; inter quos servus vester ille non modicum ibidem perpessus est damnum et de rebus suis dispendium, vel omnia instrumenta cartarum, quod ipsi[5] vel parentes sui habuerunt, tam quod ex munificentia regum possedit, quam quod per vindicionis, cessiones, donationes, commutationesque titulum habuit, una cum domo sua incendium concrematas esse nuscuntur. Unde nostre parvitate petiit, quod veraciter exinde cognovimus, per hanc nostram suggestionem[6] vestrae innotiscere[7] clementiae; quod et facire[8] servi vestri curavimus. Vestra pietas iubeat, quod usquae modo in regno vestro quietus possedeat[9], circa eodem per vestro munere preceptum, ut inantea valeat, dum sua perdedit[10] instrumenta, possedere quietus et securus. Nos servi vestri quod exinde veratius scimus innotiscere praesumpsimus; vestrum est necessitatem patientibus subvenire.

F. Marculfi (Z. S. 64—65, n. 34). 7. Jh.

16. Confirmatio de omni corpore facultatis monasterii.

Ille rex illo patritio atque omnibus agentibus. Rectum esse censimus, ut petitionibus sacerdotum, quae[11] ad pro-

---

[1] obponere B. — [2] ab A 2, A 3, B. — [3] ho A 3. — [4] tenuntur A 3. — [5] ipse A 3, B. — [6] suggessionem A 3; suggescionis B. — [7] innotescere A 2, A 3, B. — [8] facere A 2, A 3, B. — [9] possedit A 2, A 3, B. — [10] perdidit A 2, A 3. — [11] qui A 3.

fectum pertinet loca sanctorum, ad effectum, Christo presole, perducamus. Igitur venerabilis vir ille, illius sancti monasterii abba, gloriosi regni nostri [clementiam] petiit, ut, dum ipse sanctus monasterius de conlatione parentum nostrorum, Deo adiutore, videtur esse constructus, nos omni corporae facultatis eius, tam quod antecessores abbatis ibidem laboraverunt, vel ille domnus abba, qui ibidem fuisse dinuscitur, de rem monasterii ibidem visus est augmentasse aut conparasse, quod et ab ipso sancto loco moderno tempore possedetur[1], per nostrum deberemus generaliter confirmare preceptum; quod nos pro divino respectu vel mercedis nostrae augmentum praestetisse, vestra non dubitet magnitudo. Etiam et privilegium ipsius monasterii[2], quod ex institutionem sedis apostolicae seu reliquorum episcoporum visi sunt meruisse et per auctoritatem domni illius seu reliquis de successoribus regibus, parentibus nostris, adumbratum fuisse denoscitur, iuxta[3] quod etiam per priorem preceptionem nostram erga se perhibent esse munitum, pro perhenni stabilitate decrevimus roborare. Precipientes ergo, ut omnes facultates ipsius monasterii, quicquid aut regia conlationem aut privatorum munere vel antecessores abbatis seu et domini lui[4] ibidem est legaliter atquesitum aut conparatum immoque de quibuscumque rebus rectae adtractum, quodcumquae dominatio ipsius sancti loci undiquae moderno temporae in villabus, domibus, mancipiis, vineis, silvis, pratis, pascuis aut quibuslibet beneficiis cernitur cum aequitatis ordine possidere, per hanc auctoritate suffultum, absque cuiuslibet inlicitas controversias[5], inibi tam presente quam futuro tempore, Christo presole, proficiat in augmentum; adicientes, ut et privilegium tam de abbatis ingressu, ipsa congregatio[6], post quod[7] alius migraverit, ex se instituendo, quam et de reliqua omnia, quod per institutione pontificum de tempora[8] illius usque nunc ipse monasterius habuit concessum et usque actenus conservatum vel per decessorum regum circa se firmatum, ita et inantea, resecatas[9] quarumcunque superfluvias[10] inquietudines, sub eo ordine valeant in

[1] possidetur B. — [2] monasterio A 2. — [3] iusta B. — [4] illi B. — [5] contraversias B. — [6] congregacione A 3. — [7] postquam B. — [8] tempore A 3. — [9] resectas B. — [10] superfluas A 2, A 3, B.

nostro sermone, auxiliante Domino, per tempora permanere. Et vos et successores vestri, ubi necessitas fuerit, in condicionibus ipsius monasterii iustum faciatis auxilium inpertire, ut eis dilectit pro salutae nostra crebrius exorare, et vobis ob hoc ad gratiam nostram debeat pertinere. Et ut haec preceptio firma stabilitate subsistat, propria manu infra decrevimus roborare.

F. Marculfi [Z. S. 65—66, n. 35]. 7. Jh.

17. Iudicio evidentale[1].

Veniens illi in nostri[2] vel procerum nostrorum presentia suggessit, quasi homo nomine ille, paginsis vester, eum in via, nulla manente causa, adsallisset et eum graviter livorasset vel rauba[3] sua in soledos tantos eidem tulisset, et ob hoc vobis per nostra ordinatione talis datus habuisset fideiussores, ut Kalendas illas ex hoc in nostri presentia debuissent adstare causantes. A quo placito veniens memoratus illi ibi in palatio nostro, et per triduo seu amplius, ut lex habuit, placitum suum custodisset vel[4] memorato illo abiectisset* vel solsatisset* et ipse nec venisset ad placitum nec nulla sonia[5]* nunciasset, adfirmat. Proinde nos taliter una cum nostris proceribus constetit decrevisse, ut, si evidenter memoratus ille pro hac causa talis vobis datus habuit fideiussores et placitum suum minimæ custodivit, dum et inluster[6] vir ille, comes palati nostri, testimoniavit, quod antedictus ille placitum[7] suum legibus custodivit et eum abiectivit* vel solsativit*, et ipse ille placitum suum custodire necglexit, iobemus, ut quidquid lex loci vestri de tale causa edocet, vobis distringentibus, antedictus ille partibus illius conponere* et satisfacire[8] non recusit.

F. Marculfi (Z. S. 67, n. 37). 7. Jh.

18. Carta paricla.

Cum in nostra vel procerum nostrorum presencia homo nomen ille itemquae homine nomen illo interpellasset, dum

[1] *für* evindicatum *cf.* S. 25 n. 35; evinditale A 2. — [2] nostra A 3. — [3] raupa A 2. — [4] et memoratus ill. abiectus sit vel solsatissit A 2. — [5] sunnia A 2. — [6] inlustris A 2. — [7] palacitum A 1. — [8] satisfacere A 2.

diceret, quasi servo suo nomen illo una cum rauba[1] sua in soledos tantos post se fugitivos[2] pedes recepisset vel post se retenerit indebitae: ad[3] haec praefatus ille[4] omnia haec fortiter visus est denegasse, quod nec ipso servo fugitivus[5] pedes nec rauba sua post se[6] numquam recepisset[7]. Sed dum inter se intenderent, sic eidem a proceribus nostris, in quantum inlustris vir ille, comes palati nostri, testimoniavit, fuit iudicatum, ut de quinque denominatus idem ille apud tres et alios tres, sua manu septima, tunc in palatio nostro super capella domni Martini, ubi reliqua sacramenta percurrunt, debeat coniurare, quod suprascribto servo illo memoratus ille pedes fugitivos una cum rauba sua in soledos tantos post se numquam recepisset. Si hoc coniurare potuerit, de hac causa ductus resedeat; sin autem non potuerit, ipso servo una cum rauba sua in soledus tantus cum legis beneficium partibus antedicto illo reddere studeat. Interim vero usque ipso placito neutra pars[8] ex ipsis iectita* non appareat, unde aequales preceptionis eis fieri et accipere iussimus.

F. Marculfi (Z. S. 67, n. 38). 7. Jh.

19. Confirmatio de emunitatem.

Principale quidem clementia cunctorum decet accomodare aure benigna, precipuae quae pro conpendio animarum a precidentibus regibus, parentibus nostris, ad loca ecclesiarum probamus esse indultum, devota debemus mente perpendere et congrua beneficia, ut mereamur in mercedem esse participes, non negare, sed robostissimo iure per[9] nostris oracolis confirmare. Igitur apostolicus vir illi, illius civitatis episcopus, clementiae regni nostri suggessit, eo quod ille rex per sua auctoritatem sua manu subscripta de villas ecclesiae suae illius, quod ad presens possedebat, vel quod a Deo timentis homenebus ibidem inantea deligabantur, integra emunitate concessisset[10], ut nullus iudex publicus ad causas audiendum vel freta[11] exigendum nec mansiones aut paratas

---

[1] raupa A 2. — [2] fugititivus A 3. — [3] aut A 2. — [4] illi A 3. — [5] fugitivos A 2. — [6] posse A 3. — [7] recipisset A 2. — [8] nec utra pars A 2. — [9] pro A 3. — [10] concessit B. — [11] freda A 2, B.

faciendum nec fideiussores tollendum nec homines ipsius ecclesiae de quaslibet causas distringendum nec nulla redibutione[1] requirendum ibidem ingredire[2] non debeat; unde et ipsa preceptione iam dictu principe seo et confirmationis illorum regum eorum manibus roboratas antedictus pontifex nobis ostendedit[3] relegendas, et ipse beneficius circa eodem vel memorata ecclesia sua, sicut a supradictis principibus fuit indultum, moderno tempore asserit esse conservatum. Sed pro firmitatis studium petiit celsitudinem nostram[4], ut hoc dinuo circa eodem vel memorata ecclesia sancti illius nostra deberit auctoritas[5] generaliter confirmare; cuius peticionem pro reverentia ipsius sancti loci, ut mereamur in mercedem sociare[6], plenissima voluntate praestetisse[7] vel confirmasse cognuscite. Precipientes ergo iubemus, ut, sicut constat ab antedictis principibus de villas prefatae ecclesiae domni illius integra emunitas absque introitus iudicum fuit concessa, ita et inantea, auxiliante Domino, inspectas priorum principum auctoritatis, omnimodis conservetur; et neque vos neque iuniores neque successores vestri vel quislibet de iudiciaria[8] potestate in villas antedictae ecclesiae, quas moderno temporae ubicumque in regno nostro possedere noscuntur, vel qui inantea a Deum timentibus hominebus fuerint conlatas, tam de ingenuis quam de servientibus vel quaslibet nationes hominum in predictas ipsius ecclesiae villas conmanentes, nec ad agendum nec freta[9] exigendum nec fideiussores tollendum nec mansiones aut paratas faciendum nec eos de quaslibet causas distringendum nec nulla redibutione requirendum, ibidem ingredire[10] non presumatis; sed sicut ipse beneficius a iam dictis principibus a[11] iam dicta ecclesia fuit indultus et usque modo conservatus, ita et deinceps per hanc nostram auctoritatem generaliter confirmatum in Dei nomine perenniter maneat inconvulsum; et quicquid[12] exinde fiscus noster poterat[13] sperare, in luminaribus ecclesiae ipsius in perpetuo proficiat. Et ut haec auctoritas tam presentis

[1] reddibutione A 2; redibucionem A 3. — [2] ingredere A 2, A 3, B. — [3] ostendit A 2, B. — [4] desetudinem nostre A 3. — [5] actoritas A 1. — [6] sociari A 2, B. — [7] prestitisse B. — [8] iudicaria B. — [9] freda B. — [10] ingredere A 2, A 3, B. — [11] ad A 3, B. — [12] quidquid A 2. — [13] poterit A 3.

quam futuris temporibus inviolata, Deo adiutori possit constare, subter eam propria manu decrevimus roborari[1].

F. Marculfi (Z. S. 44, n. 4). 7. Jh.

20. Tracturia[2]* ligatariorum vel minima facienda istius[3] instar.

Ille[4] rex omnibus agentibus. Dum et nos in Dei nomen apostolico vero illo necnon et inluster[5] vero illo partibus illis legationis causa direximus, adeo iubemus, ut locis convenientibus eisdem a vobis eveccio semul et humanitas ministretur; hoc est viridos sive paraveridos[6] tantos, pane nidido[7] modios tantos, sequente modios tantos, vino modios tantos[8], cervisa modios tantos, lardo liberas tantas, carne liberas[9] tantas, porcos tantos, porcellos tantos, vervices tantos, agnellus[10] tantos, augas[11] tantas, fasianos tantos, pullos tantos, ova tanta, oleo liberas tantas, garo liberas tantas, mel tantum, aceto tanto, cimino[12] liberas tantas, piper tantum, costo tanto, cariofilo[13] tanto, spico tanto, cinamo tanto, granomastice[14] tanta, dactalus[15] tantos, prestacias tantas, amandolas[16] tantas, cereos liberales[17] tantos, caseo liberas tantas, sal tantum, olera[18], ligna, carra tanta, facolas[19] tantas; itemque victu ad caballos eorum faeno carra tanta, suffuso modios tantos. Haec omnia diebus singulis, tam ad ambulandum quam ad nos in Dei nomen revertendum, unusquisque vestrum loca consuetudinaria eisdem ministrare et adimplere procuretis, qualiter nec moram habeant nec iniuriam perferant, si[20] gratia nostra obtatis habere.

F. Marculfi (Z. S. 49, n. 11). 7. Jh.

---

[1] roborare A 3, B. — [2] Tractaturia A 3. — [3] ad istius A 3. — [4] illi A3. — [5] inlustris vir A 2; inlustro viro B. — [6] perviredos B. — [7] nitido A 2, A 3, B. — [8] modia tanta B. — [9] libras A 2, A 3, B. — [10] agnos A 1. — [11] aucas A 2. — [12] cymino A 2, B; cumino C. — [13] carioflo A 2; gariofl A 3; cariofile B; gariofilo C 1; cariofolo C 2. — [14] granomastici A 3. [15] dactolas A 2; dactiles B. — [16] amigdalas B; amnadolas C 2. — [17] libralis A 3; librales B. — [18] ligumina B, A 2. — [19] faglas A 3; faclas *in* facolas *verbessert* B. — [20] se A 2.

21. De causas alterius receptas.

Fidelis, Deo propicio, noster ille ad nostram veniens presentiam, suggessit nobis, eo quod propter simplicitatem suam causas suas minime possit prosequire[1] vel obmallare[2]*. Clemenciae regni nostri petiit, ut inlustris vir illi omnes causas suas in vicem ipsius, tam in pago quam in palatio nostro, ad mallandum* vel prosequendum recipere deberit; quod[3] in presente per fistuca eas eidem visus est commendasse. Propterea iobemus, ut, dum taliter utrisque decrevit volontas, memoratus vir ille omnes causas lui ubicumque prosequire[4] vel obmallare*[5] debeat, et unicuique pro ipsum vel omnibus suis de reputatis condicionibus* et directum faciat et ab aliis simili modo veritatem recipiat, sic tamen quamdiu amborum decreverit volontas.

F. Marculfi (Z. S. 56, n. 21). 7. Jh.

22. Carta de causas suspensas.

Cognuscat magnitudo seo utilitas vestra, dum et nos ad presens apostolico viro illo, *aut* inlustris viro, pro nostris[6] utilitatibus ibi ambulare precipimus, ideo iubemus, ut, dum illis partibus fuerit demoratus, omnes causas suas suisque amicis aut gasindis, seu undecumque ipse[7] legitimo redebit mitio[8], in suspenso debeant resedere. Propterea per presentem decernemus ac iobemus preceptum, ut, interim quod de illis partibus revertetur[9], omnes causas eius aut amicorum suorum, tam illorum, qui cum ipso pergent, quam qui ad proprias eorum resederint[10], vel undecumque ipse legitimo redebit[11] mithio*, in suspenso resedeant, et postea unicuique pro ipsis de reputatis condiccionibus* et iusticiam reddat, et ab aliis simile modo veritate percipiat.

F. Marculfi (Z. S. 57, n. 23). 7. Jh.

---

[1] prosequere A 2, A 3, B. — [2] admallare A 2; homallare A 3. — [3] quod et A 3. — [4] prosequere A 3. — [5] admallare A 2; homallare A 3. — [6] nostras A 3. — [7] ipsi A 2. — [8] mittio A 2, A 3. — [9] revertitur A 2, A 3, B. — [10] resedent A 2, B; resedeant A 3. — [11] reddebit A 2.

23. Si aliquis contra regis volontate egerit, securitatae, cui eum persequi iusserit[1].

Qui regiam obtemporant[2] iussionem, experire malum in posterum a quemlibet non debent. Igitur dum et ille cum reliquos pares suos, qui eum secuti fuerunt, faciente revello[3], illo interfecit vel de regno nostro se transtulit[4], quod nobis satis fuit molestum; et una cum consilio fidelium nostrorum omnes res eius sub fisci titulum inlustribus viris illis precipimus revocare, quia, si se non distulisset[5], non solum res perdere[6], sed pro tale revello in vita [ipsius] eos ordinaveramus insequere: propterea presentem preceptionem dedimus, ut, dum predicti viri illi vel reliqui pares aut gasindi[7] eorum non ex sua presumptione, nisi per nostra ordinatione[8] una cum consilio seniorum fidelium nostrorum, ipsas res sub fisco nostro positas habuerunt, et nostris dicionibus, ubi iussimus, vel reliquorum, qui cum eodem mixti fuerunt, ex hoc [conprehensum] adduxerunt. Ideo iubemus, ut, dum per nostra ordinatione factum est, nullo umquam temporae nec a iam dicto illo, nec qui cum illo mixti fuerunt, nec[9] ab[10] heredes eorum exinde qualibet calomnia aut repetitione ulla habere poenitus non debeant, sed tam ipse ille[11] quam pares, gasindi vel amici eorum, de quicquid res predicto illo[12] fuerunt et abstultum fuit, dum per eius culpas et nostra ordinatione factum est, omni tempore exinde ducti et absoluti permaneant et, ut diximus, calomnia aut repeticione vel damnietate quandoquidem exinde superscribti viri illi, fidelis nostri, non pertimiscant[13] habere.

F. Marculfi (Z. S. 62, n. 32). 7. Jh.

24. Gesta juxta consuetudine Romanorum, qualiter donationes vel testamenta legentur.

Anno illo regnante rege illo, sub die illo, in civitate illa, adstante viro illo laudabile defensore et omne curiam illius civitatis, vir magnificus ille prosecutor* dixit: ,,Peto, obtime defensor, vosque, laudabiles curialis atque muni-

[1] persequere iussit A 3. — [2] obtemperant A 3, B. — [3] rebello B. — [4] transtullit A 2, B. — [5] distullisset A 2, A 3, B. — [6] perderat B. — [7] gasinni B. — [8] ordine A 3. — [9] ne A 1. — [10] ad A 2. — [11] ipsi illi A 2. — [12] predicti illi B. — [13] pertimescant A 2, B.

cepis[1], ut mihi codices publicus patere iubeatis, quia habeo aliquid, que gestis prosequere debeam." Vir honestus ille defensor et curiales dixerunt: „Patent tibi codices publici; prosequere que obtas, edicere non moreris." Vir magnificus prosecutor ille dixit: „Venerabilis vir, *aut* inluster vir, ille per cartam mandati sui mihi iniunxit, ut illa donacione, testamentum *aut* cessione, quod ad basilica, *aut* loco sancto, ill., *aut* inlustris viro illius, ad presens, *aut* post discessum, deligavit, in vice sua, ut mos est, gestis municipalibus ipsa donacione debeam alligare." Vir honestus defensor illi dixit: „Mandatum, quod in te conscriptum habere dicis, nobis debis ostendere vel in presente recitare."

Textum mandatum.

Domino magnifico fratri illo ille. Peto et subplico caritati tuae, ut in vicem meam epistolam donacionis, *aut* testamenti *seu* cessionis, quod de rebus meis illis ad basilica illa pro anime mee remedium, *aut* inlustris viri illius, post discessum meum, *vel si* ad presens, delegavi, in civitate illa publice prosequere[2] et gestis municipalibus, ut mos ėst, eam debeas allegare. Propterea tibi hunc mandatum conscribsimus, ut, sicut superius continetur, taliter prosequere et firmare debeas; et quicquid exinde egeris gesserisve, ratum et definitum apud nos esse cognoscas.

Factum mandatum tunc ibi, anno illo.

Post recitationem mandatum vir honestus ille defensor dixit: „Mandatum quidem recitatum est; sed suprascribta donatione, testamentum *aut* cessione, quam prae manibus habere dicis, nobis presentibus recitetur et, ut postolas, gestis publicis firmetur." Quam vero donatione ille professor* recitavit. Post recitationem vero vir laudabilis illi defensor et curialis dixerunt: „Epistola, quae[3] recitata est, gestis publicis inseratur, et quod ille prosecutor vellit et petit, gesta ei publice datur." Ille prosecutor dixit: „Sufficit mihi, bone defensor, ut donatio, que recitata est, si mihi gesta tradere iubeatis." Ille defensor dixit: „Et quia epistola donationis, *aut* cessionis *seu* testamenti, et mandatum in te conscribtum per ordinem conditas et bonorum hominum manibus roboratas atque signatas manifesta

---

[1] municeps A 3. — [2] prosere A 3. — [3] qui A 3.

esse cognovimus, dignum est, ut gesta ex hoc conscribta adque subscribta tibi tradatur, et ut in arcipibus publicis memoranda servetur. Edatur.

Sic per ordine et mandatus in suo loco et totum textum et manumissoris epistola scribantur, et postea defensor et curialis civium et reliqui eam subscribantur adque signentur.

F. Marculfi (Z. p. 97—98, n. 37 und 38). 7. Jh.

25. Libellum dotis.

Quod bonum, faustum, filex prosperumve eveniat! De disponsandis maritandisque ordinibus hac procreatione liberorum causis quae[1] fiunt, necesse est, ut omnes etiam donatio per scribturarum seriem pleniorem obteniant[2] firmitatem. Donat igitur illi honeste puellae, norae[3] suae lei, sponsa filio suo illo, ante die nuptiarum donantisque animo transferet[4] atquae transcribit, hoc est in tanodono* villa nuncupante illa, sitam ibi, cum domo condignam ad habitandum vel omni integritate ibidem aspicientem, similiter et in dotis titulum alias villas nuncupantes illas, sitas ibi, mancipia tanta illos et illas, inter aurum et argentum et fabricaturas in soledos tantos, caballos tantos, boves tantos, gregem equorum, gregem armentorum, gregem procorum, gregem ovium, ita ut haec omnia per manu sua ad suprascribta puella, noro[5] sua illa, ante die nuptiarum dibeat pervenire; et in sua dominatione revocare, vel quicquid exindae facire[6] elegerit, liberam habeat potestatem. Quod si quis contra hanc libellum dotis venire et eam infrangire[6] conaverit, inferat partibus prefatae lei[8] tantum.

F. Marculfi (Z. S. 85, n. 15). 7. Jh.

26. Qui se in servitio alterius obnoxiat*.

Domino mihi proprio illo ille. Dum, instigante adversario, fragilitatem meam prevalente, in casus gravis cecidi,

---

[1] qui A 3. — [2] obteneat A 2; obtenetur A 3. — [3] ad nure suae A 2. — [4] transfert A 3. — [5] nuro A 2, A 3. — [6] facere A 2, A 3. — [7] infrangere A 2, A 3. — [8] ill. A 2.

unde mortis periculum incurrere[1] potueram, sed, dum vestra pietas me iam morte adiudicatum de pecunia vestra redemistis[2], vel pro mea scelera res vestras quam plures dedistis, et ego de rebus meis, unde vestra beneficia rependere[3] debuissem, non habeo: ideo pro hoc statum ingenuitatis mei vobis visus sum obnoxiasse*, ita ut ab hac die de vestro servitio paenitus non discedam, sed, quicquid reliqui servi vestri faciunt, pro vestro aut agentum vestrorum imperio facere spondeo. Quod si non fecero, aut me de[4] qualibet ingenio de servitio vestro abstrahere[5] voluero vel dominio alterius expetire aut rebus suscipere voluero, licentia habeatis, me qualēmcumque volueritis disciplinam inponere vel venundare aut quod vobis placuerit de me facere. Facta obnoxiatione tunc sub die illo.

F. Marculfi (Z. S. 93, n. 28). 7. Jh.

27. *(Cautio)*

Domino suo illo ille. Constat me a vobis accepisse, et ita accipe[6], debere, et debeo, hoc est solidos tantos, pro quos solidos spondio me, quamdiu ipsus post me retenuero, annis singulis per singulos solidos singulos treantis vestris partibus esse redditurum[7]. Et se[8] hoc facere contempsero[9] aut exinde neglegens[10] apparuero, ad duplum ipso locario vobis reddere spondeo. Et quomodo de mea proprietate ipsos solidos vestros reddere potuero, hanc cautionem a vos[11] recipiam.

F. Marculfi (Z. S. 92, n. 26). 7. Jh.

28. Epistola, si aliqui rem ecclesiae ad usum habeant et eorum proprietate pro hoc donent.

Domino sancto et apostolico, domno et in Christo patre illo episcopo ille et coniux mea illa. Quatenus[12] ad nostram petitione vestra habuit pietas et benevolentia, ut locello aliquo[13] ecclesiae vestre nuncupante sic, situm ibi, quam ill. pro anime suae remedium ad ecclesia vestra illa

[1] incurre B. — [2] redimistis A 3. — [3] rendere B. — [4] pro A 3; per B. — [5] *aus* abstragere *verbessert* A 2; abstraere A 3, B. [6] accipisse et accipi A 3. — [7] rediturum B. — [8] si A 3, B. — [9] contensero A 3. — [10] negliens A 3. — [11] vobis A 3, B. — [12] quatinus A 3. — [13] alico A 2.

in honore sancti illius delegavit, nobis ad beneficium, dum pariter advivimus, aut que[1] ex nobis pare suo suprestis[2] fuerit, dum advixerit, excolere permisistis, et nos pariter, iuxta quod convenit[3], tam pro ipso uso[4], quam pro anime nostrae remedium, alio locello nuncupante sic, situm ibi, post nostrum ambobus[5] discessum vobis vel successoribus vestris ad memorata ecclesia visi fuimus condonasse; ea tamen condicionem, ut, dum advivimus, suprascribta loca, tam illa quod nobis prestetistis, quam et ea quod nos pro animae nostrae remedium ad ipsa ecclesia delegavimus, absque ullo preiuditio ecclesiae vestre, sene ulla deminucione de qualibet rem, usufructuario ordine possidere[6] debeamus, et post nostrum, ut diximus, ambobus discessum prefata loca, absque ulla alia renovata, ut mos est inter ceteros, precaria, per hanc epistolam, absque ullius heredum nostrorum aut cuicumque contrarietate vel expectata traditione, vos vel successores aut agentes vestri in vestra faciatis revocare dominacione perpetualiter dominandum, et nostra possessio nullumquam tempore nullo preiuditio vobis ex hoc generare non debeat. Si quis vero, quod futurum esse non credimus, nos ipsi aut aliquis de heredibus nostris vel qualibet persona contra hanc epistolam venire aut aliquid de ipsa locella vobis minuari[7] aut aufferre[8] voluerit, cum suprascribto domno illo ante tribunal Christi deducat rationes, et insuper inferat partibus ecclesiae vestrae tantum, et quod repetit vindicare non valeat, sed presens epistola firma permaneat, stipulatione subnexa.

F. Marculfi (Z. S. 98—99, n. 39). 7. Jh.

29. Si aliquis rem alterius, quam excolit, ad proprietate sacire* vult et non potest et postea eam precaverit.

Domino inlustris illo et mihi proprio domno ille. Dum pro[9] malorum hominum consilium, quod non debueram, de terra vestra in loco nuncupante illo, quem excolere videor[10], revellare[11] conavi et ipsa terra adpro prietate sacire* [volui] et non potui, quod nec ratio prestetit, et vos vel agentes vestri

[1] qui A 2, B. — [2] supprestis A 2. — [3] convinit A 3. — [4] usu B. — [5] amborum A 3. — [6] possedere A 2, A 3, B. — [7] minuare A 3. — [8] auferre, A 1. — [9] per A 3. — [10] video A 2. — [11] revelare A 1.

eam ad parte vestra revocastis vel nobis exinde eiecistis, sed postea ad petitionem bonorum hominum nobis eam ad excolendum reddedistis: propterea hanc precaria dominatione vestrae emittimus, ut, quamdiu vobis placuerit, ut eam teneamus absquae ullo vestro praeiudicio. Quicquid[1] relique[2] accolani[3] vestri faciunt, nos reddere spondimus; quod si non feceremus et ob hoc necglegentes[4], tardi aut contumacis[5] fueremus, publicae pro hanc precaria, acsi semper pro quinquenium renovata fuisset, condempnati, ut lex praestat, tardis aut necglegentibus, et de ipsa terra nos ponteficium habeatis eiciendum[6].

Facta precaria ibi, sub die illo, anno [illo rege].

F. Marculfi (Z. S. 100, n. 41). 7. Jh.

30. Conmendacias[7] litteras ad abbate noto.

Domino beatissimo et meretis venerabilis sancto patri illo abbati ille in Domino perpetuam mittit salutem. Multimodo[8] nobis benevolo vestro generare conperitæ gaudia, quotiens adetus[9] dederit oportunus, ut ad indegandam[10] sospitatem vestram nostras diregire[11] dibeamus litterolas. Idcirco cum salutationum officiis humeli preci almitate vestrae quesumus, ut pro nobis misericordiarum Dominum, ubi dignas sedolasque fundetis preces, exorare non dedignimini[12], quatenus[13] vestris fultis[14] precibus olim obtatam adire[15] mereamur[16] patriam; pariterque latores presentes, famulos vestros, fratres in Christo nostros, quos ob necessariam monasterii nostri illuc usque distinavimus, vestrae beatitudine plurimum commendare presumimus, ut eis, in quo[17] necessarium duxerint, solacium prebere pro divino intuetu non dedignetis. Vale pro nobis orans, dominae et sanctae ac beatissime pater.

F. Marculfi (Z. S. 103, n. 47). 7. Jh.

---

[1] quidquid A 3. — [2] reliqui A 2, A 3. — [3] acolani A 2. — [4] neclegentes A 2. — [5] contumaci A 3. — [6] eiciendi A 2. — [7] commendatitias A 2. — [8] multimodis A 3. — [9] aditus B; addetos A 2; addetus A 3. — [10] indegendam A 2; indagandum A 3; B. — [11] dirigere A 2, A 3, B.— [12] dedignemini A 2, A 3. — [13] quatinus A 3. — [14] flultis A 3. — [15] audire A 1, A 3. — [16] mereamus B. — [17] co *statt* in quo A 2.

31. Inmunitas.

Ille rex Francorum viris inlustribus, patriciis, comitibus, tollonariis[1] vel omnibus curam publicam agentibus. Si oportuna beneficia ad loca sanctorum, ecclesiarum vel sacerdotibus prestare non desinemus, hoc nobis procul dubium in aeterna beatitudine retribuere confidemus. Igitur cognuscat magnitudo seu utilitas vestra, quod nos ad peticionem apostolico viro illo, illius urbis antestitae, talem propter nomen Domini, eius meretis conpellentibus, beneficium prestetisse, cognuscite, ut annis singulis de carra tanta, quod a[2] luminaria conparandum ad Massilia vel per reliquos portos[3] infra regno nostro, ubicumque missi sui marcare[4] videntur, vel pro reliqua necessitate discurrentes, nullo telloneo nec qualibet reddibucione exinde ad parte fisci nostri missi sui discurrentes dissolvere[5] non dibeant. Propterea per presentem preceptum decernimus, quod perpetualiter mansurum esse iobemus, ut nullo telloneo[6] de ipsa tanta carra ipsius pontefice neque ipsa[7] Massilia, Telloneo[8], Fossis, Arlatu, Avennione[9], Suggione[10], Valentia, Viennia[11], Lugdone, Cabillonno vel reliquas civitates aut pagos, ubicumque in regno nostro telloneus exigitur, nec de navale nec de carrale evectione, nec rotatico nec pontatico nec pulvoratico[12] nec salutatico nec cispatico[13] nec nulla reddibucione[14], quod fiscus noster exinde poterat sperare[15], nec vos nec iuniores aut successores vestri de ipsa tanta carra eisdem nos requiratis nec exigatis; sed omnia et ex omnibus hoc propter nomen Domini ipse pontifex vel

---

[1] tolenariis A 3. — [2] ad A 3. — [3] relicos portus A 3. — [4] mercare A 3. — [5] desolvere A 3. — [6] tolloneo A 3. — [7] in ipsa Mas(si)lia A 3. — [8] teloneo A 3. — [9] Avinione A 3. — [10] Sugione A 3. — [11] Vienna A 3. — [12] pulveratico A 3. — [13] cispitatico A 3. — [14] redibucione A 3.

[15] cf. Z. S. 112: . . . Propterea per presentem preceptum decernimus, quod perpetualiter mansurum esse volumus, ut nullo telloneo in nullis civitatibus aut pagos, vel ubicumque in regno nostro toloneus exigitur, nec de navalle nec de caralle evectione, nec rotatico nec de pontenatico nec pulveratico nec salutatico nec cispitatico, nec de saumariis nec de quod homines eorum ad dorsum portant nec nulla redibucione, quod fiscus noster exinde poterat sperare.

successores sui aut memorata ecclesia domni illius habeant indultum, vel in luminaribus ipsius sancti loci proficiat. Quam vero auctoritate perpetuis temporibus valituram propria manu infra decrevimus roborare.
F. Marculfi (Z. S. 107, n. 1). a. 700—750.

32. Si quis in presencia regis de ea que vindedit auctores esse voluerit emptori, precepto dominico ex hoc.

Ille rex illo comite. Veniens illae, *aut* missus ipsius in persona sua, ibi in palatio nostro clemenciae regni nostri suggessit, quasi homo nomen ille porcionem, *aut* villa sua nuncupante illa, in pago illo, quicquid ibidem visus fuit tenuisse, per vinditionis titulum, accepta pecunia sua, eidem visus est distraxisse, et eam ad presens possidere videretur. Sed dum et ipse ille ad presens adstabat, interrogatum est ei a nobis vel a proceribus nostris, si ipsa vinditione, quam ipse ille de suprascribta rem in presente proferebat, de nomine eius fecisset aut memorata rem vindedisset, vel, si ei necessitas evenerit, auctor[1] eidem esse voluisset, in presente edicere deberet. Sed[2] taliter in nostri presentia memoratus ille professus est, quod et ipsa vindicione fecerat et pretio de suprascribta rem, quod illa vindictio contenit, acceperat, et auctor eidem ex hoc ad presens et si inantea si ei necessitas contigisset, et erat et esse volebat. Ideo, dum taliter quoram nobis professus est, per presentem decernemus ac iobemus preceptum, ut memoratus ille ipsa villa, *aut* portione illa, in iam dicto loco, in integritate, quicquid per ipsa vinditione legitur, absque contrarietate vel repetitione illius aut heredibus suis, quieto hordine, debeat possidere, vel quicquid exinde facire ipse aut heredes sui decreverint, liberum potiantur arbitrium.
F. Marculfi (Z. S. 107, n. 2). a. 700—750.

33. Appennem*[3].

Consuetudo huius loci vel etiam legis terrenae iustitiae constat esse prospectum, ut, quicumque ab incendiis

---

[1] autor A 3. — [2] si A 3. — [3] adpennem a 2; appenem A 3; apennem B.

vel hostibus seu a latronibus fuerit perpessus[1] dispendium, oportet sibi occasu[2] in foro publico vel civitate cum curia publica[3] et defensore vel reliquis civibus publicare. Idcirco non habetur percognitum[4], qualiter homo nomine ille per timorem illius, qui Turonus civitatem anno presente hostiliter venit et multa mala ibidem perpetravit[5], strumenta sua de loca denominata vel de diversis facultatibus suis subtus terra in villa illa misit, et ibidem conputruerunt et perierunt. Propterea[6] ei necesse fuit, ut una cum notitia pagensium, qui hoc cognitum bene habebant[7], Turonus civitatem appennem exinde deberent adfirmare, ut quantumcumque per ipsa strumenta tam in terris quam in mancipiis seu et reliquis rebus, sicut usque nunc quieto ordine tenuit et possedit, ita et admodum liceat inantea ipsas res quiete tenere et possidere et cui voluerit, Christo auxiliante, derelinquere. Unde convenit, ut duas epistolas uno tenore conscriptas exinde fieri vel adfirmare deberent, ut una in foro publico in ipsa civitate sit adficta[8], alia vero ipse secum pro cautela[9] et tempora futura apud se retineat[10], ut, si inantea necesse fuerit, in presentia regis aut principis loci sit proferenda.

F. Turonenses (Z. S. 151, n. 28). a. 700—750.

34. Relatio cum iudicio.

Auctoritate[11] legis preceptum est, ut in toto litis terminum requiratur, per quem orta est contentio; et si quis ad rapinam faciendam adgreditur aut iter agentem insidiaverit aut domum alterius nocturnus spoliaverit, mors anime ipsius ne[12] requiratur. Igitur ego in Dei nomine ille iudex veniens in loco nuncupante illo sub die illo una cum bonis hominibus ad locum accessionis, ubi aliquis homo nomine ille quondam interfectus iacebat, requirens, pro qua re ibidem interfectus fuisset. Sed venientes homines ibidem commanentes, qui in initio litis ibidem fuerunt vel qui ad ipsos huccos[13] cucurrerunt, quando iam dictus homo

[1] perpensus B. — [2] hoc casum a 2; hoc casu A 3. — [3] puplica B. — [4] incognitum a 2, B. — [5] perperavit B. — [6] proterea A 3. — [7] habeant C. — [8] adfixa C. — [9] cautella B. — [10] reteneat B. — [11] autoritate A 3. — [12] non a 2. — [13] uccos a 1.

ibidem interfectus fuit, taliter testimonium prebuerunt, ut, dum aliquis homo nomine ille[1] sollemniter sibi[2] ambulabat, sic iam dictus ille quondam ipsum adsallivit vel insidiavit et res suas ei contradixit atque violenter super ipsum evaginato[3] gladio venit[4], unde livores vel capulaturas atque colaphis[5] manifeste apparent. Ideo etenim, dum sic veritas conprobaretur, veniens iam dictus ille adprehensam[6] manum vel arma predicti iudicis, sicut mos est, apud homines 12, manu sua tertia decima[7], dextratus vel coniuratus[8] dixit, quod, dum ipse[9] sollemniter sibi ambulabat, iam dictus ille quondam eum malo ordine adsallivit[10] et evaginato gladio super eum venit et super ipsum livores vel capulationes misit et res suas illas ei diripere[11] voluit, et postquam istas presentes livores recepit, necessitate conpulsus ipsum placavit[12], per quem[13] mortuus iacet; et in sua orta contentione vel in sua movita atque per suas culpas ibidem interfectus fuit; et sic est veritas absque ulla fraude vel conludio, et in sua culpa secundum legem ipsum ferrobattudo fecit. Proinde oportunum fuit ipsius illi, ut hanc notitiam ad instar relationis exinde accipere deberet; quod ita et fecit. Sed postea vero taliter in iam dicto loco ipsius illi iudicatum fuit, ut in noctes 40 apud homines 36, manu sua trigesima septima[14], iam dicto illo quondam[15] in ecclesia illa, in loco nuncupante illo, coniurare debeat apud homines visores et cognitores, eo quod ille quondam male ordine super eum venisset et res suas ei contendisset vel primitus ipsum placasset vel livorasset et ipsum in via adsallisset vel insidiasset, et in sua movita vel in sua culpa ibidem interfectus fuisset. Et si hoc facere potuerit, de ipsa morte quietus valeat residere.

F. Turonenses (Z. S. 152—153, n. 30). a. 700—750.

35. Iudicium evindicatum.

Ille rex, vir inluster, illo comite. Veniens ille in nostra vel procerum nostrorum presentia suggessit, eo quod

[1] illi B. — [2] *sic* a 2, B; *fehlt* a 1; michi A 3. — [3] evainato A 3. — [4] vinit A 3. — [5] colaphi a 1; colapi B. — [6] adprehensa a 2. — [7] tredecima A 3. — [8] dexteratur vel coniuratur B. — [9] ipsi a 2, B. — [10] adsilivit A 3; adsalivit B. — [11] disripere B. — [12] plagavit A 1. — [13] pro quid B. — [14] tricesima a 2. — [15] condam B.

aliquis homo nomine ille, pagensis vester, eum in via male ordine adsallisset et res suas ei tulisset vel graviter ipsum livorasset[1]; et ob hoc vobis per nostram ordinationem iussimus, ut, datis fideiussoribus, Kalendas illas ex hoc in nostra presentia debuissent adstare rationantes. Sed memoratus quidem ille per triduum suum custodivit placitum et iam dicto illo secundum legem obiectivit[2]* vel solsativit*, qui nec sonia* nuntiavit nec suum placitum adimplevit[3]. Propterea omnino tibi iubemus, dum tales vobis datos habuit fideiussores et placitum suum nullatenus custodivit, ut, quicquid lex loci vestri de tale causa edocet, vobis distringentibus, memoratus ille partibus istius conponere* et satisfacere non recuset.

F. Turonenses (Z. S. 155, n. 33). a. 700—750.

36. Vindicio de area vel de casa infra civitate.

Magnifico fratri illo ego enim ille. Constat me tibi vindedisse, et ita vindedi, hoc est casa mea cum ipsa area, ubi posita est infra civitatem, *vel* burgum illum, in ratione illius, in loco illo, quem ego, data mea pecunia, de aliquo homine nomine illo conparavi. Habet ipsa casa matriamen tantum, in giro tanta, est de lateribus vel frontibus casa vel terra illorum et illorum. Unde accepi a te precium, in quod mihi bene conplacuit, hoc est tantum; quod precium in manu mea accepi, et ipsam casam vel aream per hanc vinditionem tibi tradidi a die presente perpetualiter ad possidendum; ita ut ab hodierna die, quicquid exinde facere volueris, liberam et firmissimam in omnibus habeas potestatem faciendi, salvo iure ipsius terrae.

F. Turonenses (Z. S. 158, n. 42). a. 700—750.

37. Notitia de alode evindicato.

Notitia, qualiter vel in quorum presentia veniens ille die illo in loco nuncupante illo ante illum iudicem vel reliquis viris, qui ibidem aderant vel subter firmaverunt. Ibique interpellabat aliquem hominem nomine illum, eo quod alode, qui fuerat genitori suo nomine illo, in loco nuncupante illo post se malo ordine retineret vel ei contra-

---

[1] livoresset A 3. — [1] abiectivit a 2. — [1] adimplivit a 2*.

diceret iniuste. Interrogatus ipse homo ab ipsis viris, si sic erat veritas, annon. Sed ipse iudicium vel breve sacramentorum ibidem ante ipsis viris protulit ad relegendum, qualiter cum ipso homine ante hos dies exinde ante illum iudicem in rationes fuerat, et qualiter ipso alode contra ipsum hominem vel contra germanos suos elitigatum atque evindicatum legibus habebat. Relecto ipso iudicio vel ipso breve sacramentorum, sic ipsi viri ipsum homini interrogaverunt, si aliquid contra ipsum iudicium vel contra ipsum brevem opponere volebat. Sed ipse taliter dixit, quod nihil habebat, quod contra ipsum opponere deberet. Et se in omnibus recognovit, quod contra legem ipsum hominem calumniabat, et se exinde omni tempore taciturum esse spopondit. Propterea oportunum fuit ipsius, ut hanc notitiam ex hoc accipere deberet; quod ita et fecit. His presentibus actum fuit.

F. Turoneness (Z. S. 157, n. 41). a. 700—750.

38. Qui se in alterius potestate commendat.

Domino magnifico illo ego enim ille. Dum et omnibus habetur percognitum, qualiter ego minime habeo, unde me pascere vel vestire debeam, ideo petii pietati vestrae, et mihi decrevit voluntas, ut me in vestrum mundoburdum[1] tradere vel commendare deberem; quod ita et feci; eo videlicet modo, ut me tam de victu quam et de vestimento, juxta quod vobis servire et promereri potuero, adiuvare vel consolare debeas, et dum ego in capud advixero, ingenuili ordine tibi servicium vel obsequium inpendere debeam et de vestra potestate vel mundoburdo tempore vitae meae potestatem non habeam subtrahendi, nisi sub vestra potestate vel defensione diebus vitae meae debeam permanere. Unde convenit, ut, si unus ex nobis de has convenentiis se emutare voluerit, solidos tantos pari suo conponat, et ipsa convenentia firma permaneat; unde convenit, ut duas epistolas uno tenore conscriptas ex hoc inter se facere vel adfirmare deberent; quod ita et fecerunt.

F. Turonenses (Z. S. 158, n. 43). a. 700—750.

---

[1] *aus* munburdum *besserte c.*

39. Hic est traditio.

Rerum omnium scripturarum traditio subsequatur. Quam ob rem ego in Dei nomine ille, filius illius condam. Dum non est incognitum, sed apud plures notum esse cernitur, qualiter ego aliqua femina aut puella, filia illius, legibus eam sponsavi, et de rebus meis, qui sunt sitas in pagos illos, ei aliquid per carta donationis ante die nuptiarum confirmavi et habendi[1] et per hanc titulum traditionis vel per servo meo nomine illo et per hostium de ipsos domus et cispitae de illa terra seu vitis de ipsas vineas et ramos de illas arbores, et quantumcumque in ipsa donatione continet, id sunt tam terris, vineis, pratis, silvis, exenis[2], aiacentiis, omnia et ex omnibus sicut illa donatione loquitur, vel in ista traditione insertum est, dilecta sponsa mea nomine illa a diae presente per hanc titulum traditionis ad missum tuum nomine illum de iure meo [in] tua trado dominatione et potestate perpetualiter ad possidendum vel ad faciendi exinde in omnibus iure perpetuo atque firmissimo ha diae presente vel tempore quicquid volueris, neminem contradicentem. Si quis vero, quod fieri minimae credo, si ego ipsae aut ullus de heredibus meis vel quislibet extranea aut obposita persona, qui contra hanc titulum traditionis, quem ego conscribere vel adfirmare rogavi, venire aut aliqua calumnia generare præsumpserit, cui litem intulerit solidos tantos conponat, et sua repetitio in nullisque modis obtineat effectum, et hanc traditio ista ha me facta, meis vel bonorum hominum manibus roborata cum stipulatione subnixa omnique tempore maneat inconvulsa.

F. Turonenses (Z. S. 164, n. 3). 9. **Jh.** ?

40. Epistula, qualiter pupilli recipiantur.

Lex Romana constringit, ut, qui tutores noluerint esse parvulorum, si forte cesserit luctuosa hereditas, ex ipsius[3] habeantur extranei. Propterea[4] ego in Dei nomine ille iudex provintiae illius. Dum et omnibus habetur percognitum, qualiter parentes istius presentis orfanuli nomine illo ab hac luce discesserunt et testamentarium tutorem ei

[1] *vielleicht* tradidi. — [2] *vielleicht für* exiis *im Sinne von* exitus. — [3] ipsa a 2, B. — [4] proterea A 3.

non dimiserunt, et minime suas procurare potest necessitates, ideo una cum consensu primatibus civitatis convenit nobis, ut istius[1] patrui suo una cum omnia bona sua, facto conscripto rerum inventarum, ei sub officio tutoris commendare deberimus; quod ita et fecimus, ea vero ratione, ut per nullam occasionem[2] supradicti pupilli hereditas, quicquid in pago illo, in villas nuncupantes illas, videtur habere, non minuetur, sed ipsas res vel mancipia atque omni[3] sua substantia diligenter excolat et ipsum pupillum exinde nutrire vel ministrare faciat; et si, Deo propitio, in perfectam venerit aetatem, omnia ei secundum legis ordinem, cum integritate servata, reddantur. Unde convenit nobis, ut duas epistolas uno tenore conscriptas exinde conscribere vel adfirmare deberimus; quod ita et fecimus; una quidem iam dictus patruus suus secum retineat[4], altera vero aliquis homo nomine illo de manu nostra vel iam dicti pupilli suscipiat, ut futuris temporibus, Deo auxiliante, sub testificatione bonorum virorum, qui subter tenentur inserti, per ipsam cum omni integritate omnia sua exigere debeat.

F. Turonenses (Z. S. 148, n. 24). a. 700—750.

41.

Sanctis ac venerabilibus digna claraque culmina sacerdotum, regum et ponteficum, episcopis, presbiteris, diaconibus, abbatibus atque magnificis viris vel omnium Deum timencium ego in Dei nomen ille peccator. Cognuscat magnificentia vel sanctitas vestra: iste pauperculus nomen illi, insidiante hoste antiquo, serpente diabulo, germanum suum interfexit, et nos secundum canonica auctoritate in exilio diximus ambulare. Et nos toti peregrini in hoc seculo summus. Propterea precamus pietatem vestram, ut ipso recipere et benefacire in domibus vestris dignetis secundum illut quod scriptum est: quia unusquisque homo in veritate habet, quod plangat et penetiat die ac noctu, ut lugiat, secundum illum evangelium per sex opere misericordiae. Taliter almetas vestra exinde faciat, ut mercedaem perpetualem exinde habere possetis. Gracia Domini nostri Iesu Christi vobis semper abundet. Amen.

F. Bituricenses (Z. S. 173, n. 13). a. 750—800.

[1] *lies* istum. — [2] occansionem A 3, B. — [3] omnia A 3; omne B. — [4] reteneat B.

42. Si cum rege licientiam loqui non abueris, quales sermones in manu ejus mittas secundum tuam racionem.

Piissimo ac serenissimo domino meo Carolo, excellentissimo agusto. Auribus vestris servos vester ille perducere conpellit necessitas, quantum passus sum malicia incontra drictum vel sine iudicio. Venerunt itaque dicentes, quod ex iussione vestra missi vestri fuissent, et per mala ingenia atque forcia mihi res proprietatis meae tulerunt quae legitime atque iurae hereditario mihi obvenerunt, et Joseph episcopo mihi tradere conpulerunt, et aec omnia per mala ingenia atque contrarietate. Ego alium defensorem presentaliter manifestare non potui, nisi vestrae regalis clementiae cartam mundburalem* ostendi, et mihi nihil profuit, sed, ut dixi, per ingenia mala adque volontate pessima eicientes me de ipsa hereditate. Et ego ancilla vestra caeleravi ad vestigia[1] pietatis vestrae properare, ut misericordia vestra me exinde dignasset adiuvare, quia antea nec in ratione exinde fui nec interpellata responsum dedi. Vestra pietas hoc emendare conpellat, qualiter elimosina atque mercis seu mundeburdum* vester semper adcrescat. Domine mi rex, cognitum sit regali clemenciae vestrae, quia ipsa hereditate vobis tradere volebam, quando mihi haec malignitas adcrevit incontra rationis ordine; sicut pietas vestra potest cognoscere, si fuerit missus, qui veraciter hoc faciat investigare. Peto namque pietati vestrae, ut exinde revestita fuissem, per misericordia vestra talem missum habuissem, qui mihi exinde in locum protectionis vestrae defensare et munburire fecisset, qualiter pietati vestrae interveniente exinde recuperata fuissem. Post Deum et sanctis spei meae continet plenitudo regalis; et si de ipsa causa revestire me facit misericordia vestra, si quis postea per legem et iusticiam hoc superet, haec mihi maxima pars dolori advenit, quando nec ad vestrum opus fuerunt revocatas nec mihi ancillae vestrae legitime dimissas.

F. Bituricenses (Z. S. 174, n. 14). a. 750—800.

43.

a) Dum Dominus omnipotens, creatur coeli et terrae, juxta quod legitur, in principio masculum et femina cupolae

[1] vestia C.

consorcium sociavit, dum dicitur: „Non est bonum homine esse solum, faciamus ei adiutorem similem sibi“, infundetque benedictione: „Crescitæ“ inquid tamquam, „et multiplicatae et dominamini cuncta reptilia, que sub caelo sunt“ et Salvator intonuit: „Quam ob rem relinquid homo patrem et matrem et adherebit uxore suae, et erunt dui in carne una“; et Spiritus sanctus per sagrorum imperatorem sensit auctoritas, et non inceste vel inlicitae ad procreandum humani generis coniunctio fiat. Hoc consultum est, ut, quicumque liberta persona de rebus propriis facultatis suae aliquid conferrae voluerit, hoc per seriem scripturarum laudabiliter debeat esse adlegatum adque subter firmatum, qui hac conditione et iurae postulat praeturium et gestis requirit municipalibus. Idcirco ego in Dei nomen ille. Dum non abetur incognitum, quod ego te, dulcissima sponsa mea illa, per voluntate parentum tuorum sponsata habeo, et, se Christo placuerit, ad coniugium te sociarae dispono, propterea pro amorae dulcidinis vel osculum pacis cedo tibi a diae presentae cessumque in perpetuum esse volo et de meo iurae in iurae et dominationis tuae trado adque transfundo, hoc est res proprietatis meas sitas in pago Biturigo, in vigarias illas et illas, in villa cuius vocabulum est illa, similiter et in villa illa, pari modo et in vigaria illa, in villa noncupante illa, simili modo in vigaria illa, in villa illa. Haec omnia in ista loca superius conprehensa tantas partis, tam de alodae genetorem meorum quam et de adtracto, vel de quacumque modo ad me noscitur pervenisse, te, dulcissima sponsa mea, hanc cessionem una cum ipsas auctoritatis ante diae nupciarum, *vel* in diae, integras ipsas partis, de quacumque mea est possessio, publicae trado adque transfundo, cum casis, aedificies, curtiferis, et caedo tibi de mancipia illum et illam, de peculiaribus vero quadrupedia greges armentorum duus cum ipso armesario, caballus tantus, stratura condigna, paria tantas de boves ad laborandum cum eorum escasso, waccas grege uno cum eorum sequentes, vervices greges quattuor, sodes greges quattuor, dratpalia, lectus vestitus tantus, vestus muliebrum condignum cum palius[1] stauracius

[1] palliis stauraciis.

tantus, eramenaria, auri et argenti in solidos 100 utensilia, ferrementum, vel quicquid in domibus nubiliora necessaria sunt, usum totum cum integritatis, quem dinumerarae per singulum longum est. Haec superius omnia conprehensa te, iam dicta sponsa mea, ante dies nuptiarum, *vel* in diae, tibi publicae trado adque transfundo solemniter, liberum exinde fruaris arbitrium et dominatione faciendo quod elegeris. Licet namque in cessionibus poena adnecti minima sit necessitas inserendi, et pro studium firmitatis mihi placuit inadserere. Si quis vero, quod absit, ullus de heredibus vel coheredibus meis vel quislibet ulla interposita persona contra hanc cessione dicerae aut agerae aut resultarae aut infrangere voluerit, vel quislibet causatione suscitarae presumpserit, quis fecerit, parte cui adtemptat una cum sacratissimo fisco auri libras 10 ut[1] ponderae argenti [conponat], et haec cessione a me facta omni temporae inviolabilis obteneat firmitatem. Et ut mos et lex est, gestis municipalibus volo esse adlegati adque adfirmata, stipulatione adnixa.

b) Mandatum.

Dilecto amico meo illo ego ille. Rogo adque iniungo caritati tuae per hanc mandatum meum solemniter roboratum, ut adeas ad vice mea Bitoricas in civitate et epistola cessionis, quem in dilecta sponsa mea illa de rebus proprietatis meis conscriberae vel adfirmarae rogavi, sic[ut] mos et lex est, apud honoratis ipsius civitate alegarae adque adfirmarae facias; et quicquid exinde aegeris vel gesseris, apud me in omnibus ratum, aptum atque defenitum esse cognuscas; et de caelebrata prosecutione mihi rescriberae non tardaris. Stipulatione subnixa.

c) Gesta cum rescripto.

In nomine Domini. Quod fecit mensus ille dies tantus, in anno tricesimo quarto regnante domno nostro Caralo rege, et ex co, Christo propitio, sumpsit imperium, 5. anno incoante, gesta habita apud laudabilae viro illo defensore et illo diacono adque professorae* vel curia publica hono-

[1] *vielleicht für* aut.

ratis ipsius civitatis trium curialium. Magnificus vir ille dixit: „Queso vos, obtimae defensor, vel vos, ordo curii, uti mihi codices publicae paterae praecipiatis, que abeo, que gestorum alegatione cupio roborarae.“ Defensor et ordo curii dixerunt: „Patent tibi codices publici; prosequerae que obtas.“ Magnificus vir ille dixit: „Dilectus amicus meus ille per suum mandatum solemniter roboratum mihi iniunxit, ut ad laudabilitate vestra Bitoricas in civitate accederae deberim, et epistola cessionis, quem de rebus proprietatis suae in dilecta sponsa sua illa adfirmavit, prosequerae vel alligarae deberim.“ Defensor et ordo curii dixerunt: „Epistola vel mandatum quem te haberae dicis, nobis ad relegendum ostendae.“ Tum unus ex notarius ille epistola cessionis vel mandatum in publico recitavit. Quo recensitus, defensor et ordo curii dixerunt: „Epistola vel mandatum, sicut est conscriptus, nostris subscriptionibus, qualiter lex et mos est, tibi alegarae adque adfirmarae non tardaris. Quid adhuc amplius vis?“ Magnificus vir ille dixit: „Nihil aliud peto magnitudine vestra, nisi ut ipsa epistola vel mandatum una cum gesta, quomodo vestris subscriptionibus roboratum fuerit, mihi ex morae tradatur, qualiter diuturno temporae maneat inconvulsum.“

d) Rescripto.

Dilecto amico meo, magnifico viro illo, ego ille amicus tuus. Cognuscas, juxta iniunctionem tuam Bitoricas in civitate adii et epistolam illam, quem in dilecta sponsam tuam de rebus propriis tui conscriberae vel adfirmarae rogatis, sicut mos et lex est, gestis municipalibus apud laudabilitatem honorati ipsius civitatis alegarae adque adfirmarae decrevi; et de caelebrata prosecutionem tibi rescriberae non tardaris[1]. Stipulatione adnixa.

F. Bituricenses (Z. S. 174—176, n. 14). a. 805.

44.

Inclita magnarum adque summa nobilitas inmaculatam migans, nesciens contagia mundi, sub cuius pectorae Christus amorae manet, dignissima sponsa Dei illa ego

[1] *lies* tardor.

illa alumna vestra, si presumptio non offendit, perennem in Domino salutem, florae puellarum, rossa stirpante, corona inter virgineas acias adsistente, palmam triumphy. Etiam, domna, memeatote iubeatis, qualiter domnus et precelentissimus germanus vester vobis innotuit, ut, quandoquidem locus adveniebat, ei in memoria retullesetis de mea parvitate, ut consolationem de substantia huius seculi in sua pietate, in vestra elimosina eribuissit. Et nunc, si vestra erit mercis, locus est, unde poteratis meminerae piis auribus eius, quia illa abbatissa ex Pectava urbae de monastirio Sanctae Crucis a Domino migravit; unde, si vestra abuissit pietas, ut per ligatarius vestros apud domno rege ipsa causa ad meam parvitatem placitasetis, et ego exinde semper perpetuam servitutem vobis fecissem et presentaliter munera in auro et argento, quantum vestra erat volumtas, adimplebam ad vestrum opus, necnon et dona domno rege, quantumcunque per numero mihi iniungebatis, in placito instituto ibidem transmitterae non tardabam. Quid plura? Agat nobilitas vestra contra ancillam suam certamen, et sis pro me unda loquens velluti fons aque salientes, ut et ego merear consolationem perciperae per vestram peticione et vos et vestra beatitudine participarae. Tantum vobis subplecor, ut, quicquid exinde egeris, omnia et ex omnibus mihi per vestras silabas mandarae non dedignetis. Et de id, quod vos mihi in illa vestra capella dixeratis, per diversis modis inquisivi et nihil aliud inveni, nisi honorem regalem post longo tempus adseneraе significat, vel hoc, quod ego vobis in ipsa ora de ipsa causa dixi. Et haec signa in extremo digito portarae non dedignetis, subplecor altitudine vestrae, ut exiguitatem meam et gratiam vestram non iubeatis fieri alienam.

F. Bituricenses (Z. S. 178, n. 18). a. 750—800.

45. Notitia de iactivis*.

Notitia, qualiter et quibus presentibus veniens homo alicus nomen ille in pago illo, in loco que dicitur ille, in mallo publico ante vir illo comite vel reliquis quam plures bonis hominibus, qui subter firmaverunt, repetebat, dum diceret, eo quod homine alico nomen illo ante ipso comite aframitum* habuisset. A eo placitum venit ipse ille, placito

suo custodebat. Et nec ipse ille ad eum placitum venit nec misso in vicem suam direxit, qui[1] ulla sonia nuntiasset; et placito suo neglexit et iactivos exinde remansit. Id sunt, quibus presentibus fuerunt.

F. Senonicae (Z. S. 189, n. 10). a. 768—775.

46. Notitia de homine forbatudo*.

Noticia, qualiter et quibus presentibus veniens homo alicus nomen ille in pago illo, in loco que dicitur ille, in mallo publico ante ipso comite illo vel aliis bonis hominibus, qui subter firmaverunt, positam manum suam super sacrosancto altario sancto illo, sic iuratus dixit: „Hic iuro per hunc loco sancto et Deo altissimo et virtutis sancto illo: homo alicus nomen ille, ira factus, apud arma sua super me venit et colappus super me misit; et sic mihi Deus directum dedit, ego ipso de arma mea percussi, talis colappus ei dedi, per quid ipse mortuus est; et quod feci super me feci. Et ego hodie ipso facio [in] frodanno* etferbatudo* infra noctis 42, sicut lex et nostra consuetudo est, apud tris aloarius* et 12 conlaudantes*.“ Juraverunt et de linguas eorum legibus direxerant[2]. Id sunt, qui presentibus fuerunt.

F. Senonicae (Z. S. 191—192, n. 17). a. 768—775.

47. Indiculum.

Ille rex Francorum, vir inluster, illo comite seu juniores atque successoresque vestros seu missos nostros discorrentis. Cognuscatis, quia in nostra aelemosina taliter isto presente illo, dum et ipse senos esse videtur, taliter ei concessimus, ut de omnis hostis vel omnibus bannis seu et arribannus sit conservatus, ut neque vos neque iuniores atque successores vestros ipso pro hoc inquietare nec dismanuare[3] non presumatis nec facere demittatis; sed licet ei, cum Dei et nostra gratia quieto ordine ad propria vivere vel sedere. Et ut circius credatis, manu nostro subter adfirmavimus et de anulo nostro segelavimus.

F. Senonicae (Z. S. 193, n. 19). a. 768—775.

---

[1] quia *c.* — [2] diliguas (?) direxerant Z. S. 192, 47. cf. S. 37, n. 49. — [3] *d. h.* de manu eripere.

48. Notitia de colonitio.

Notitia, qualiter et quibus presentibus veniens homo alicus nomen ille in pago illo, in mallo publico ante vir illo comite vel reliquis quam pluris bonis hominibus, qui subter firmaverunt, homine alico nomen illo ibidem interpellabat. Repetebat ei, eo quod genitor suos aut genetrix sua illa coloni sui fuissent, et ipse ille suos colonus esse debebat et mala ordine de ipso colonatico sibi abstrahebat et neglegens erat. Interrogatum fuit ab ipsis viris ipsius, si ipse ille colonis ipsius lue esse debebat, anon; in presenti ei dicere[1] deberet. Et ipse ille nullatenus potuit dicere nec adponere[2] nec nulla ratione tradere, per quid ipse de ipso colonatico se abstrahere potuisset, et in presente pro colone ipsius lue sibi recredidit vel recognovit. Sic ab ipsis viris fuit iudicatum, ut ipse ille ipso illo pro colone habere debeat; et si iam dictus comis ipso illo per manibus partibus lue visus est reddidisset. His presentibus.

F. Senonicae (Z. S. 194, n. 20). a. 768—775.

49. Notitia sacramentale.

Notitia, qualiter et quibus presentibus veniens homo alicus nomen ille in pago illo, in basilica sancto illo, ubi plurima sacramenta percurrere videtur[3], ante vir magnifico illo vel reliquis quam pluris bonis hominibus, qui subter firmaverunt, posita manum suam super sacrosancto altaro sancto illo, sic iuratus dixit: „Hic iuro per hunc loco sancto et Deo altissimo et virtutis sancto illo: unde me ille homo in mallo publico malabat*, quod ego terra sua, aut[4] coniuge sua illa[5], in pago illo, in loco que dicitur ille, de eorum potestate per fortiam nunquam proprisi aut pervasi, sed de ista parte triginta et uno anno fer amplius semper exinde fui vestitus et post me divisi, et per lege et iustitia plubs[6] obteneat me ad habere quam ipsius lue, aut[7] coniuge sua illa ad reddere; et alio de ista causa, quod mihi iudicatum fuit, in nullo non redibio nisi isto etunio sacramento. Per hunc loco sancto et Deo altissimo et virtutis

---

[1] *vielleicht aus* edicere *entstanden.* — [2] *d. h.* afferre. — [3] *lies* videntur. — [4] ad *c.* — [5] *d. h.* coniugis suae. — [6] *d. h.* plus. — [7] ad *c.*

sancto illo.“ Insequenter vero post ipse tris aloariae* et 12 conlaudantes* iuraverunt et de linguas eorum legibus dixerunt[1].

F. Senonicae (Z. S. 194, n. 21). a. 768—775.

50. Notitia[2] de erbas maleficas.

Notitia, qualiter et quibus presentibus veniens femina aliqua nomen illa in pago illo, in mallo* publico, in basilica sancto illo, ante illos et illos et alius quam pluris bonis hominibus, qui subter firmaverunt, posita manu sua super sacrosancto altare sancto illo, sic iurata dixit: „Hic iuro per hunc loco sancto et Deo altissimo et virtutis sancto illo: unde me ille ante vir magnifico illo vel aliis bonis hominibus malavit*, quae ego herbas maleficias temporasse vel bibere ei dedisse, per quid ipse infirmasset aut vita sua perdere debuisset: ego herbas maleficias temporasse vel bibere ei dedisse, per quid ipse infirmasset aut vita sua perdere debuisset: ego herbas maleficias nec potiones malas numquam temporavi nec bibere dedi, per quid ipse infirmus vel insanus fuisset aut vita sua perdere debuisset; et alio de ista causa in nullum non redibio nisi isto et idonio sacramento. Per hunc loco sancto et Deo altissimo et virtutis sancto illo.“ Insequenter vero post ipse tante iuraverunt et de linguas eorum legibus direxerunt.

F. Senonicae (Z. S. 194—195, n. 22.) a. 768—775.

51. Indiculum.

Inclito atque precellentissimo domno illo gloriose rege ego ancilla vestra ultissima, servicissima[3] omnium ancillarum vestrarum. Cognoscat, domni, gratia vestra, omnis vassi vestri nomen illi multas inquietudinis et contra rationis ordines servientes sanctae illius, qui[4] in vestra mercede in regimini ordinastis habere, hos faciant, et nulla iustitia apud ipso illo consequere posso. Propterea, domni, supplico, et si ante vestra presentia fuisse, genua flexa ad terra prostrata ad pedes vestros suggerere mihi ancilla vestra oportebat, ut in vestra mercede et amore Deo vel

---

[1] cf. oben, S. 35, n 46. — [2] notitia *aus* notia *besserte c.* — [3] sevicissima *c.* — [4] *lies* quas.

illos sanctos, cuius famulas sunt, nobis exinde defensare iuberitis, ut contra malicia contra servientes ipsius sanctorum vel me ancilla vestra facere non debuissent. Domini, nostrum est ad suggerendum, vestrum est ad ordinandum, que exinde iustitiam recipere debeamus. Pietas vestra est nobis[1].

F. Senonicae (Z. S. 205, n. 44). a. 768—775.

52. Indiculum.

Domna et dulcissima genetrice mea illa prolis vester ille, serviens vester. Illud inprimitis, quod plurima sunt et sic necessarium, si presumtio [non] offendit, salutem plenissimam in domino Jesu Christo vobis destinare presumo; et supplico pro eo, quod iste presens ille, serviens vester, ad mea parvitate[2] expetivit, ut nulla malicia de istas culpas, quod ipse confugium fecit, exinde non habeat, sed ad mea precatione excusatus exinde esse debeat. Agite taliter, quem ego per vos bona fidutia, et quem domno et genitore meo, iugale vestro illo, sano et laete proprios oculos caelerius mereamur videre. Iterum salutamus vobis.

P. Senonicae (Z. S. 206, n. 49). a. 768—775.

53.

In Dei nomine. Sanctissimo ac reverentissimo fratre illo episcopo ille [illius] urbis episcopus in Domino sempiternam salutem. Cognoscat fraternitas seu caritas vestra, quia iste presens presbyter nomine ille in parrochia et in ecclesia nostra sacris litteris edocatus fuit et ab infantia fuit apud nos seu prodecessores nostros, bonum habens testimonium bonamque continentiam et innocentem vitam deducens. Unde placuit illi modo, ut ad aliam ecclesiam se converteret, volens sibi quaerere seniorem, qui se de rebus temporalibus adiuvet, et cui ille secundum ministerium, quod sibi iniunctum est, obsequium praebeat. Unde vestram fraternitatem conpertam facimus, ut, cuicumque placuerit, eum suscipere, absque ulla ambiguitate hoc faciat, sciens illum et boni esse testimonii et a nobis sibi ab ecclesia, quae nobis ad regenda concessa est, migrandi licentiam

[1] *vielleicht* solatium *zu ergänzen.* — [2] pravitate *c.*

accepisse. Et ut ae littere firmiorem obteneant dignitatem, meliusque eis fides adhibeatur, manu nostra ea subter roboravimus.

F. Senonenses recentiores (Z. S. 219—220, n. 16). 9. Jh.

54. Cessio ad ecclesiam a novo aedificatam.

Regnante domino Jesu Christo in perpetuum, ego ille episcopus. Omnibus non habetur incognitum, qualiter ego, ausiliante Domino, in pago, in villa cuius vocabolum est, ibi in basilica sanct . . . atque sancti Stephani vel in onore ceterorum sanctorum, quorum ibidem reliquie quiescunt, construcxi atque Kalendis Junii dedicare certavi. Consensavi etiam confratribus, tam canonicis quam et monachis vel ceteris hominibus, qui ad presens fuerunt, ut ville quarum vocabula sunt Cadiliaco, Tanculfovilla, Fagido et Barbitione villare, ut ibidem aspicere deberent ad missas veniendi et ad baptismum vel predicationem et ut decimas suas ad memoratam basilicam dare deberent. Propterea pro firmitatis studium anc consensionem scribere rogavimus, ut temporibus nostris atque successoribus nostris anc nostra consensio firma et stabilis valeat permanere, et sciant omnes, tam presentes quam et absentes seu subcessoresque nostri, quia dedimus in memoratum illum Cadiliaco duos mansos ad ipsam luminariam previdendam, vel unde presbyter, qui ibidem officium fungere videtur, vivere debeat; et addimus ad hoc insuper de terra arabile et de vinea aripenne uno et dimidio, ut evo tempore in elimosinam nostram seu subcessorum nostrorum ita valeat perdurare. Actum fuit hoc sub die memorato, Kalendis Iunii in anno 8, Christo propitio, imperii domni Karoli serenissimi augusti et anno 40 regni ejus in Francia atque 35 in Italia, indictione prima, in Dei nomine filiciter, amen.

His presentibus, qui adfuerunt illuc.

F. Senonenses recentiores (Z. S. 217, n. 12). a. 808.

55. Carta sacramentale.

Veniens avocatus sancti illius de monasterio illo seu et illo abbate de predicto monasterio illo, castro illo, in mallo* publico ante inlustre viro illo comite vel aliis quam pluris,

qui ibidem aderant, interpellabat homine alico nomen illo. Repetebat ei, dum diceret, eo quod genitor suus nomen ille colonus sancti illius de villa illa fuisset, et ipse colonitio de capud suum ad ipsa casa Dei redebeat et exinde neglegens aderat; et ipse in presente hoc fortiter denegabat et taliter dedit in suo responso, quod de patre Franco fuisset generatus et de matre Franca fuisset natus. Unde tale sacramento per suam fistucam visus fuit adchramire*[1], et taliter ei fuit iudicatum, ut ac causa apud proximiores parentes suos, octo de parte genitore suo et quattuor de parte genitricae suae, si fermotui non sunt, et si fermortui sunt, apud duodecim Francos tales, qualem se esse dixit, in illo castro, in basilica sancto illo, ubi reliqua sacramenta percurrunt, in 40 noctes in proximo mallo* post banno resiso[2] hoc debeat coniurare.

F. Senonenses recentiores (Z. S. 211—212, n. 2). a. 800—850.

56. Notitia de servo.

Notitia, qualiter vel quibus presentibus veniens ille in causa monasterio sancti illius civitatis illius pontifici ad vicem venerabile viro illo abbate de predicto monasterio die illo illius civitatis in mallo* publico ante inluster viro illo comite et ante illo episcopo vel aliis plures magnificis viris, qui ibidem resedebant, homine alico nomen illo ibidem interpellabat. Dixit, eo quod servus monasterii sancti illius de capud suum aderat, et colonus ipsius sancti illius nomen ille de Franco homine conparasset, et malo ordine ipso servitio partibus monasterii sancti illius effugibat vel intendebat. Interrogatum fuit ipsius servo, se ipsa causa vera erat, anon; sed ipsi servus in omnibus hoc fortiter denegavit. Et ipse abba vel suus avocatus contra predicto servo intendebant et taliter dixerunt, quod testimonia homines Francos presentare potebant, qui hic adstabant, quod ipse colonus ipso conparaverat, et in suum servitium eum viderant deservire, et per lege servus sancti illo esse debet; ut ipsa ora ipse abba vel ipse avocatus sua testimonia, hominis septem his nominibus ill. et ill., ad-

---

[1] adchramire *besserte c. in* addramire. — [2] b. r.: nachdem der Bann geruht hatte

charmerunt*, ut in crastinum die illo ibidem presentare deberent; quod ita et fecerunt. Et ipsi homines sic testimoniaverunt, quod per lege servus sancti illius aderat debitus, et quomodo hoc testimoniaverunt, super altario sancti illius in illa capella, que est in curte fisci, ubi reliqua sacramenta soluta sunt, iurati dixerunt. Dinuo ipsius servo fuit interrogatum, si ipsa causa recognoscebat, si sic erat veritas; sed ipse servus in omnibus ac causa recognovit et ad servitium sibi reversus fuit. Et ipsi abba per iuditium ad ipsas personas per iussionem illius comite de manu illo vicario exceptum ibidem pro servo sancti illius evindicabat. His presentibus.

F. Senonenses recentiores (Z. S. 212—213, n. 3). a. 800—850.

57. Conculcaturia*, quem abbas faciad ad homine suo.

Ego in Dei nomen, etsi peccator, venerabilis vir ille, abbas de monasterio sancto illo, qui est in pago illo constructus. Dum et omnibus non est incognitum, qualiter filius noster servo nostro nomen illo quondam femina nostra nomen illa bene ingenua, filia illui condam, contra voluntate parentum ipsius femine sociavit sibi ad coniugium, sed postea ipsi parentes[1] conplacuit nobis, ut tale epistola conculcaturiam manu nostra vel fratribus nostris firmata ipsa femina fieri vel firmare rogavimus, ut de ipso servitio, [si] agnatio inter ipsos aparuerit, in servitio publico nunquam sint coinquinati, sed sub integra ingenuitate dies eorum debeant perseverare. Et preco atque subplico ad successores nostros vel a Deo timentes hominibus, ut hec facta nostra iubeant conservare, qualiter ipsi vellent, ut in postmodum eorum facta debeat esse stabilis. Et pro malorum hominum infestacione multa in ipsa epistola conculcaturia fieri vel conscribere rogavimus, ut, si fuerit, quod Deus non permittat, extranea pars, qui hec facta nostra infrangere voluerit, inprimis ira Dei et sancti illius incurrat et ob hoc solidos 100 partibus ipsius, cui haec facta est, coactus multa conponat, et qui repedit . . .

F. Salicae Bignonianae (Z. S. 232, n. 11). a. 769—775.

[1] *vielleicht* consentientes *zu ergänzen.*

58. Cautio de infracturis.

Contigit, quod cellarium vel spicarium vestrum infregi et exinde annonam vel aliam raupam in solidos tantos furavi. Dum et vos et advocatus vester exinde ante illum comitem interpellare fecisti, et ego hanc causam nullatenus potui denegare, sic ab ipsis racinburgiis fuit iudicatum, ut per wadium meum eam contra vos componere vel satisfacere debeam, hoc est solidos tantos vel —. Sed dum ipsos solidos minime habui, unde transsolvere debeam, sic mihi aptificavit, ut brachium in collum posui et per comam capitis mei coram praesentibus hominibus tradere feci, in ea ratione, ut interim, quod ipsos solidos vestros reddere potuero, et servitium vestrum et opera, qualecumque vos vel iuniores vestri iniunxeritis, facere et adimplere debeam, et si exinde negligens vel iactivus* apparuero, spondeo me contra vos, ut talem disciplinam supra dorsum meum facere iubeatis, quam super reliquos servos vestros.

F. Salicae Bignonianae (Z. S. 237—238, n. 27). a. 769—775.

59. Concamiaturia* inter duos abbatis.

Placuit, auxiliante Domino, atque convenit inter venerabile[1] vir ill., abbate de monasterio illo, vel congregatione monasterio suo necnon et magnifico vir ill. de commutatione loca eorum, quem inter se facere deberent; quot ita et fecerunt. Per quem accepit venerabilis vir ille abba ad opus monasterio suo in loco nuncupante illo, quod est in pago illo, hoc est in ipso loco illo masus ad commanendum, casticiis superpositis, terris arabilis, vel quicquid in ipso loco ad presens cernitur esse possessio, totum et ad integrum, rem inexquisita, in commutatione vel in concamio. Simili modo vir magnificus illi accepit ad opus suum alia rem in loco nuncupante illo, quod est in pago illo, hoc est, quod superius diximus, totum et ad integrum, rem inexquisita, in commutacione vel in concamio. Unde duas epistolas pariculas, una tenorum conscriptas, manus eorum vel bonorum hominum firmatas, inter se fieri et firmare rogaverunt, ut unusquisque de post

[1] venelabile *c.*

hunc die, quod a pare suo in commutatione vel in concamio accepit, hoc abeat, teneat atque possedeat, vel quiquid . . .
F. Salicae Bignonianae (Z. S. 233—234, n. 15. a. 769—775.

60. Noticia de cruce evindicata.

Dum et omnibus non est incognitum, qualiter veniens homo alicus nomen ille ante vigario inluster vir illo comite nomen illo adversus homine alico nomen illo, repedebat ei, dum diceret, eo quot terra sua de suo maso vel de sua potestate malo ordine proprisisset; sed ipsi illi de praesente adstare videbatur et hac causa fortiter denegavit, quod sua terra de suo maso malo ordine numquam proprisisset nec post se numquam retenuerit iniusti. Sed taliter ei fuit iudicatum in ipso placito ante ipso vigario vel ante ipsos pagensis, ut ad crucem ad iudicium Dei pro ipsa terra in noctis 42 in ipsa placita pro hoc deberent adstare; quod ita et fecerunt. Sed venientes ad ipso placito, sicut eis fuit iudicatum, ante ipso vigario vel ante ipsos pagensis ad ipso iudicio vel ad ipsa cruce visi fuerunt stetisse. Sed ipso ill. omine[1], qui ipsa terra proprisit, ad ipso iudicio vel ad ipsa cruce eum convincuit; sed ipsi ille in ipso placito ad ipsa cruce visus fuit cadisset. Sed dum hac causa sic fuit inventa, quod ipsi illi, qui ad ipso iudicio vel ad ipsa cruce cadisset, solidos tantos ei transsolvere deberet, quod ita et fecit, et de ipsa terra ipso illo legibus revestire deberet, quod ita et fecit. Tunc taliter ei iudicaverunt, ut ipsi illi de praesente die ipsa terra contra ipso illo vel heredis suis quam contra quemlibet hominem omneque tempore habeat evindicata adque elidiata, tam ipsi illi quam et posteritas sua de post hunc die praedicta terra quieto ordine valead possidere vel dominare, et ducti et securi exinde valeant resedere. Facto iudicio in illo loco publiciter.
F. Salicae Bignonianae (Z. S. 232—233, n. 13). a. 769—775.

61. Cautione de clavis.

Dum et perpluribus hominibus est patefactum, qualiter in Dei nomen ille, veniens in placita ante quam bonis vel quam pluris bonis hominibus adversus hominem nomen

[1] *lies* ipse ille hominem.

illum, repetebat ei, dum diceret, eo quod cellaria vel camara et granica, quicquid in ea habuit reposita, hoc est aurum, argentum, drapalia, arma, vinum, anona vel vitalia sua, per suas claves commendasset ad custodiendum vel ad salvandum, et ipsam rem in naufragium vel in damnum posuit; sed ipsi illi de praesente adstabat et hac causa nullatenus potuit denegare, sed taliter ei fuit professus, quot ipsam rem superius denominatam per suum neglectum et per suo facinus fuit perduta vel naurata. Tunc taliter ei iudicaverunt, ut ipsam rem ei transsolvere vel emendare deberet; sed ipsi illi nullatenus habuit, unde ipsam rem transsolvere vel emendare deberet. Sed taliter ei fuit iudicatum, ut tale caucione de caput suum, manu sua vel bonorum hominum firmata, ei fieri vel conscribere rogasset; quod ita et fecit: ut, dum ipsam rem non habui precium, unde transsolvere vel emendare debuissem, ut, quamdiu advivam, in servicio publico, quem mihi iniungitis, vobis deservire debeam, et si neglectens aut tardus de ipso servicio aparoero, qualecumque disciplina alios servos tuos inpendis, talem super me potestatem habeas ad faciendum. Etsi fuerit aut ego ipsi aut ullus de meis heredes, qui contra hanc cautionem istam venire aut reclamare . . .

F. Salicae Bignonianae (Z. S. 233, n. 14). a. 769—775.

62. Jecta* carta.

Dum plurimum compertum est, qualiter veniens homo aliquus nomine ille ante illum vicarium vel reliquis bonis homines racineburgis*, qui ibidem aderant, in eorum presentia homine aliquo nomine illo visus fuit interpellasset. Repetebat ad eum, dum diceret, eo quod servum suum nomine illum male ordine recontendebat; sed ipse ille presens aderat. Interrogatum fuit ab ipsis viris, quid sibi de hac causa dicere vellebat, per quem sibi de ipso servo saciret* aut inantea sacire vellebat; sed ipse in presente taliter dedit in responsis, quod ante hos annos genitor suus nomine illo ipsum servum eum dimisisset[1], et per hoc de ipso servo ipse sacibat vel inantea sacire vellebat. Dum taliter agitur, iudicatum fuit predicto illo, ut apud duo-

[1] dimisset, *c.*

decim homines suos consimiles in basilica illius in noctis institutis haec coniurare deberet et pro ipso servo legibus sacire deberet. Sed veniens conscriptus ille ad eum placitum, de mane usque ad vesperam custodivit; sed ipse ille nec ad placitum venit nec misso in pecio suo direxit, qui de hac causa denuntiare debuisset, sed inde neglegens vel jectus* apparuit. Proinde oportunum fuit ipsi illo, ut tale jectam cartam suprascripto illo exinde accipere deberet; quod ita et fecit.

F. Salicae Merkelianae (Z. S. 252—253, n. 30). a. 700—750.

63. Indiculum ad sponsam.

Amabiliter amando et insaciabiliter desiderando dulcissima atque in omnibus amatissima, multum mihi desiderabilem melliflua amica mea illa ego in Dei nomine. Ego mando tibi salutes usque ad gaudium per has apices, quantum cordis nostrae continet plenitudo. Et ipsi salutes inter nubes ambulant, sol et luna eius[1] deducant ad te. Ego quando iaceo, tu mihi es in animo. Et quando dormio, semper de te somnio. Bene habeas in die et noctes suavis transeas et amico tuo semper in mente habeas nec ponas illum in oblivione, quia ego tibi non facio. Tu pensas unum consilium, et ego penso altero, per qualem ingenium implemus desiderium. Qui regnat in celo et providet omnia, tradat te in manibus meis, antequam moriar — Haec est magna salutatio inter duos juvenis; alter alterius transmittit et neminem sufficit.

F. Salicae Merkelianae (Z. S. 258, n. 47). 9. Jh.

64. Indiculum ad abbatem.

Venerabili in Christo donum dei abbati de aula sancti illius vel illo monasterio constructo. Igitur benevolens vester ea, que primitus sunt, in domino Patri et domino Jesu Christo per has parvissimas apices delecte caritate vestra perpetuam obto salutem. De cetero precamus vobis, unde iam dudum precavimus, de illa mancipia vel de illa peculiaria, quem in illis et illis locis habuimus. Vos non fuit placabile in ipsa convenientia adstare, sicut parabo-

---

[1] *lies* eos *für* eas.

latum habuistis, et fecistis de ipsas res, quod vobis placuit; et si vos placuerit, illa mancipia vel illo peculiare perdere non debeo. Vos videte, ut peccatis maximus inde non adcrescat contra ipsa casa Dei vel vestrisque partibus. Considerate illud euvangelium praeceptum, ubi Dominus ait: „Quid enim prodest homini, si universum mundo lucretur, ut animam suam detrimentum patiatur.“[1] Iterum quid plura? Ad sapientem pauca sufficiunt verba. Taliter exinde agite, quomodo vestra decrevit voluntas. Valete in Domino.

F. Salicae Merkelianae (Z. S. 260, n. 53). 8. Jh.

65. Indiculum ad abbatissa.

Dilecta et venerabilis illa donum Dei abbatissa ego in Dei nomine exiguus servus vester. Illa quae prima sunt, obtamus vobis in Domino salutem sempiternam. Notum sit vobis de ipsas parabolas, quod apud vos locuti fuimus, nos inde mutare non volumus. Deus scit, si vestra voluntas est, et vos aliquid de vestro servicio nobis iniungere vultis, gradante animo servire vos cupimus, et inde necglegenti nec tardi apparuero[2] non vellimus, sed de bona voluntate in vestro servicio volumus permanere. Et si aliquid nobis vultis mandare de vestro servicio, per vestra epistola nobis mandare non sileatis; quia melius est per epistola quam per hominem mandatum, quia inde firmior sumus. Iterum atque iterum salutamus vobis tantum, quantum archana cordis continet plenitudo.

F. Salicae Merkelianae (Z. S. 263, n. 66). 8. Jh.

66. Tractoria*.

Omnibus episcopis, abbatibus, abbatissis, comitibus, vicariis, centenariis seu reliquis fidelibus nostris. Notum sit vobis, quia istos vasallos nostros illos et illos mittimus ad has partes ad exercitum promovendum et heribannum exactandum. Propter hoc volumus atque iubemus, ut ad stipendia eorum cotidie unicuique illorum dare faciatis panes 20, friscingas duas, porcellum sive agnum unum, pullos duos, ova 10, de potu modium unum, sal, herbola ortolanas,

[1] Ev. Matth. 16, 26. — [2] *lies* apparere.

ligna sufficienter et intra quadragesimam cotidie formaticos quattuor, legumina sextaria duo, pisces, iuxta quod invenire possunt, et ad caballos eorum de annona cotidie modios quatuor et inter ambos de feno karradam, vecturam. Videte, ut nullam inde neglegentiam habeatis.

T. Imperiales (Z. S. 292, n. 7). a. 800—850.

67.

Notum sit igitur omnibus fidelibus sanctae Dei ecclesiae et nostris, praesentibus scilicet ac futuris, quia Haimo comes, fidelis noster, nostram adiens clementiam, innotuit celsitudini nostre, qualiter ab Ercamberto, filio quondam Radonis, et Bettone, ejusdem Radonis propinquo, quos olim secundum legem Salicam ingenuos relaxavimus, quasdam res sitas in pago Aulinge Saxonie, in centenis illis, seu et in Caniucinse in loco nuncupante Dotane-curte, cum mancipiis et omnibus attinentiis pretio sibi emptas habuisset atque ex eis vindicionalem kartam solemni traditione acceptam habuisset; sed ad coercendas, si aliquantum in posterum conferre conaretur, ut in tali re fieri solet, quorundam iniquas intentiones, petiit celsitudinem nostram, ut ipsas emptiones denuo per nostre mansuetudinis praeceptum plenius confirmare deberemus. Cuius petitionem denegare noluimus, quippe cum memoratos Ercambertum et patrem eius illum necnon et propinquum eorum illum non solum libertate donaverimus, verum etiam res in quibuslibet pagis vel territoriis iuste legaliterque sibi adquisitis adquirendisve auctoritatis nostre precepto eis firmaverimus; sed, sicut unicuique fidelium nostrorum iuste petencium, ita nos illis concessisse atque in omnibus confirmasse cognoscite. Praecipientes ergo iubemus, ut praedictas res et possessiones, secundum dimenciones et conventiones in kartis venditionalibus conscriptas totum et ad integrum vel ad exquisitum, cum mancipiis, deinceps per hanc nostram auctoritatem iure firmissimo teneat atque possideat, et quidquid exinde facere voluerit, libero . . .

F. Imperiales (Z. S. 312—313, n. 34). a. 800—850.

68. Praeceptum de rebus redditis.

Notum sit igitur omnibus fidelibus nostris, tam presentibus quam et futuris, quia quidam homines, Ermengarius

videlicet et germanus eius Ingilardus, questi sunt coram missis nostris, Sicardo scilicet et Teutardo comitibus, eo quod quondam Vultgarius abbas ex monasterio, quod est situm in Monte Jovis, res juris eorum sitas in pagis illis et villis, quae invociferantur illas et illas, iniuste et contra legem eis tulisset et ad praedictum monasterium revocasset. Quae causa dum ab eisdem missis diligenter perscrutata et per homines bone fidei veraciter esset inquisita, inventum est, sicut idem missi nostri nobis renuntiaverunt, ita verum esse. Proinde placuit serenitati nostre, ut pro mercedis nostre augmento praedictas res, quas praedictus Vultgarius abbas praenominati monasterii [in] monte Jovis iniuste et contra legem praedictis hominibus abstulerat, eis per hoc nostre auctoritatis praeceptum reddere, per quod praecipimus atque iubemus, ut nullus comes neque vicarius neque centenarius neque missus noster a palatio directus neque pars predicti monasterii eis aut posteritati eorum de praedictis rebus ullam inquietudinem aut contrarietatem facere praesumat; sed liceat eis de eisdem rebus quidquid facere voluerint libero in omnibus perfrui arbitrio faciendi. Et ut haec . . .

F. Imperiales (Z. S. 324, n. 50). a. 800—850.

69.

Domino mihi in dominorum Domino desiderabiliter venerando ill., merito sacerdotali paternoque culmine insignito, Prudencius, famulorum Christi humillimus, sempiternam in omnium Salvatore salutem. Quantum, mi fratrum karissime, litterarum tuae perdesiderabilis mihi germanitatis textus meam diu insaciabiliterque collectam sitim estumque dulcedo recreaverit, quantumque iucundissimae oblectacionis invexerit, fideliter fateri nequit, quippe cum tot tantisque perturbacionum fluctibus penae inrevocabiliter obrutus ne sibilo quidem, ut dicitur, tui quicquam haurirae voluerim, utrum te super[esse] an [ad] Dominum iam redisse contingeret; cum repente, vix tandem a palatinis excubiis, quibus diu inservire coactus fueram, absolutus, latorem quam desiderabilium mihi apicum vestrorum Trecas, cui mae divine graciae, non

autem ulla meritorum meorum plenitudo preesse dignata est, offendi. Et audito, quod extinctum metuebam, alterius mei nomine, explosis gaudio superante soporibus, desperacione pocius quam oblivione contractis, respiravi et superne bonitati, que inter adversa et prospera suos servare consuevit, gratulatus, litterarum insaciabili atque multocies iterata recursione inharens, illic meum ill., illic germanum unanimem, immo me alterum, quaeritans tandem reperisse me, plurimum gaudeo; quoniam, qui ipso mihi auditu extinctus putabatur, subito vivens apparuit, et quem abisse autumabam, superesse non ambigo. Agens itaque Autori bonorum omnium grates indefessas, hoc uno inexplebiliter bono afficior, quo te non tam vivere audio, quam bene vivere audio, audiens gratulor, gratulans desidero, desiderans postulo; et ut ipse convivere[1] merear, tuis quam precibus opto ac meritis, quibus me ab omnibus propositum votumque christianae miliciae infatigabiliter obpugnantibus innutabiliter revelari confido. Age nunc, fratrum dulcissimae, et, duce omnia ordinantis, omnia serenantis gracia, mae meeque deieccioni commissos sanctissimae instantissimaeque intercessionis ope fulcire non disinas, quos plurimum iuvent, si xenia propriae adinvencionis, vel ligatae vel solutae, crebro visitans, mittenda imperans, desiderantibus miseris. Bene te semperque in Domino valentem nosque inportunarum clavo subplicacionum ad portum optati litoris revehentem virtus omnipotentis brachii conservare dignetur.

Quot voces oculis langua audituque manuque
Hausisti, totidem letificere bonis.

F. Alsaticae (Z. S. 336 n. 27). a. 850.

70. Libellum dotis.

Quia per dispositionem domini nostri Jesu Christi et consensu amicorum nostrorum ego ill. te illam, filiam illius, in legitimum coniugium suscepi, idcirco tibi dotem legitimum decrevi. Do manu potestativa in pago nuncupante ill., in villa, que vocatur ill., curtem clausam cum ceteris edificiis, cum terra salice, id est iurnales tantos, pratas ad

[1] convinvere *c.*

carradas tantas [et] mancipia nominata tantos et hobas tantas, cum agris, pratis, silvis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, ut a die presente habeas, teneas atque possideas. In ea videlicet ratione, ut, quamdiu vixeris, easdem res sub usufructuario habeas; post obitum vero tuum ipse res in meam revertantur potestatem vel ad meos heredes legitimos, si me supervixeris. Si quis vero, quod futurum esse non credo, si ego ipse aut ullus heredum vel proximorum meorum hanc donationem dotis legaliter a me factam infringere voluerit, ad partes fisci multa componat, id est auri libras tantum, argenti libras tantum, et insuper tibi aliud tantum, quantum repetit, coactus exsolvat. Haec vero donatio firma et stabilis permaneat cum stibulacione subnixa.

Actum in villa illa anno Ludowici invictissimi regis 3, menses illo, die Jovis, indictione 6, coram comite ill. et frequentia populi, testibus que subnotati sunt. Sig. illius, qui hanc donationem dotis fieri rogavit. Signa ceterorum testium. Ego itaque ille notavi diem et annum, scripsi et subscripsi, filiciter, amen.

T. Augienses (Z. S. 358, n. 25). a. 843.

71. Carta cumcambturia*[1].

Dominis fratribus in societate illo et illo. Sic et inter nos complacuit atque convenit, ut aliquid de rebus nostris in concambio confirmare debuerimus; quod et ita fecimus, *aut quicquid fuerit*, accepimus — *hoc est aut mancipia*, *aut terra* — a te mancipium hoc nomine ill.; et dedi alium mancipium in concambio isto nomine ill. vocatum; *et si terra fuerit*: dedimus tibi terram istam in concambio tantum et tantum in loco nuncupante, in sito illo, *aut* in pago illo; et accepimus a te aliam terram in loco nuncupante, in sito illo, *aut* in pago ill., tantum et tantum. Quicquid ego tibi dedi, teneas, habeas atque possideas licentiam absque ulla contradicto unde commutare seu pro anima salutem donare, ut nec ego ipse nec ullus heredum meorum tibi hoc contradicere nec minuare possit, quicquid exinde facere volueris, liberam ac firmissimam habeas potestatem faciendi. Si quis vero, quod fieri non credo, si ego ipse

[1] Die letzten 6 Buchstaben undeutlich im c.

aut ullus heredum vel proheredum meorum, qui contra literulas concambitairas a me factas venire presumpserit aut infrangere voluerit, sociante fisco, multum conponat*, id est auri tantum, argenti tantum coactus exsolvat.
T. Augienses (Z. S. 361—362, n. 38). a. 800—850.

72. (Cartula libertatis).

Ill. in Christi nomine episcopus ill. liberto nunc salutem. Quoniam quisquis ille meretur suam in Domino percipere palmam, tunc demum a Divinitate ingeruntur desiderii lucra, ut deprecanti sibi quae quaerit inveniat, et alii mobeantur corda famulati officiositatem dignam impertire salutem, ut divinitus compungat fortuitu accedente corda, quo et annis senibus vires augescant, et intra clausuram cordis obstrusae ianuae separentur. Et quoniam divina praecepta sanxerunt, ut plenissime fidelitatis statum, abstersa obscuritate, apti luminis faecundissime lumen conscendas; proinde ut ab angulo sanctae ecclesiae ill., qui nos cathedram apostolicae doctrinae, imperante domino Jesu Christo, propitius elegit conscendere, omni voto integritatis hoc maluimus hordinare, ut exutos vos ab omni fece conditionis, in splendidae ingenuitatis florentissimo cursu vos cognoscatis fuisse ingressos, nec unquam a successoribus nostris, quos catholica fides venerabilis eligere et conservare iuvebit antistes, humilitatis nostrae praemia, quae prona largitate vobis noscimur contulisse, inrumpere conabuntur, quibus repromissa misericordia suis caelitus reservat temporibus. Ergo estote ab hac die liberi, estote ingenui civesque Romani et, genetale nube detersa, ad splendidiora pervenite misteria, quae divina faciente misericordia, vobis probantur fuisse indulta, quibus opto, ut tam fratribus quam filiis in auribus grata perpatescant. Et ut vobis aula ingenuitatis fortissime roboretur, necessarium nobis est, ut muneris prosequente largitate huius paginae textus in omnibus suppleatur. Pro qua re donamus vobis ex previlegio sanctae ecclesiae ill., cui Deo auctore deservimus, hoc et illud cunctoque peculio vel peculiare vestro, sive quod nunc habere videmini, seu quod in diebus vitae nostrae profligaveritis, omnia, ut diximus, vobis concedimus; quod per huius confectae libertatis paginam

habeatis, teneatis, possideatis, iure vestro in perpetuum vindicetis ac defendatis, vel quicquid ex hac re vobis tradita voluntas fuerit, faciendi perpetim habeatis potestatem, sacramenti fide interposita per hoc et illud, quia hoc firmum perpetuumque mansurum esse, quod prona largitate vobis constat fuisse concessum, nec quispiam contra factum meum venire conabit. Si quis vero, quod fieri non reor, ex adverso consurgens contra huius epistolae materiem venire conaverit, sacrilegii crimine teneatur obnoxius, et nec sic huius paginae valeat fundamenta disrumpere. Cui rei, vim doloque secluso, praesens praesentibus vobis stipulatus sum et spospondi, atque Aquilianae legis innodatione subinterfixa, qui omnium scripturarum solet adicere plenissimam firmitatem.

Quam cartulam manu mea subscripsi.

F. Visigothicae (Z. S. 577—578, n. 6). a. 615—620.

73. (Cartula oblationis).

Dominis sanctis atque gloriosissimis et post Deum nobis fortissimis patronis, venerandis illis martiribus, quorum reliquiae in basilica, qui in loco illo fundata est, requiescunt, ill. et ill. peccatores, servi vestri. Piaculorum nostrorum cupientes expiare flagitia et peccatorum nostrorum oneris praegravationem orationum vestrarum desiderantes adiutorio sublevari, parba pro magnis offerimus munuscula. Nullius quidem in hoc seculo hominum vos indigere censum, scimus, quia iam per sanctificationem Dominus noster suo in regno propitio dictatos[1] munere cumulavit. Ergo pro luminaria ecclesiae vestrae atque stipendia pauperum, vel qui in aula beatitudinis vestrae quotidianis diebus deservire videntur, donamus gloriae vestrae in territorio ill. loco ill. ad integrum, sicut a nobis nunc usque noscitur fuisse possessum, cum mancipiis nominibus designatis, id est ill. et ill. cum uxore et filiis, similiter aedificiis, vineis, silvis, pratis, pascuis, paludibus, aquis aquarumque ductibus vel omni iure loci ipsius, ut diximus, gloriae vestrae deservientes pro luminaria ecclesiae vestrae atque stipendia pauperum vel substancia sua, absque episcopali impedi-

---

[1] *d. h.* ditatos.

mento, post iure gloriae vestrae perpetuo tempore debeant vindicare. Et nec vendere nec donare nec modicum aliquis alienare praesumat, sed integrum, ut nostrae oblationis continet forma, perpetuo tempore cultores ecclesiae vestrae post vestro vindicent iure. Quod si quispiam ex cultores basilicae vestrae ex hoc, quod prona voluntate et sincera devotione obtulimus, per tepiditate naufragaverit, aut per quolibet contractu vel modicum a iure sanctae ecclesiae vestrae alienare presumpserit, nullatenus valeat, sed ubi hoc successor eius primum esse repererit, ut legis est exinde sententia, nullius expectato iudicio, sine alicuius controversia in iure sancto vestro faciat revocare.

F. Visigothicae (Z. S. 579, n. 8). a. 615—620.

Verzeichnis

der juristischen Ausdrücke.

abjectire: Das Nichterscheinen des Gegners gerichtlich festsetzen.
adchramire (aframire): 1. jemanden verpflichten vor Gericht zu erscheinen; 2. sich verpflichten einen Eid zu leisten.
aframitum, cf. adchramire.
aloarii: Eideshelfer.
appennis: Ersatzurkunde.
auctor: Gewährsmann.
auctoricium: Zeugnisablegung.
commonitorius (indiculus): Mahnbrief.
concambitaria, *concamiatoria (epistola):* Tauschbestätigung.
concolcatoria (epistola): Urkunde, die das Zusammenleben gestattet.
conlaudantes: Eideshelfer (?).
conponere: Bußgeld zahlen.
dicere, *digere (diger) habere:* verlieren.
fer-, *forbatudus:* bußlos erschlagen.
frodannus: verurteilt.
gesta: (öffentliche, eingetragene) Urkunde.
jactivus: wegen Nichterscheinen verurteilt, sachfällig.
jectita, *jectus*, cf. jactivus.
mallare: vor Gericht laden; gerichtlich verhandeln.
mallus, *mallum:* Gericht.
mithio: Bereich, Herrschaft.
mundeburdum: Schutz.
mundburalis (carta): cf. mundeburdum.
objectire, cf. abjectire.
obmallare: cf. mallare.
obnoxiare (se): sich einem anderen unterwerfen.
obnoxiatio: cf. obnoxiare.
obposita (persona): Stellvertreter; cf. emissa, S. 6, 30.
professor: Notar, Schreiber.
prosecutor: Anwalt.

Racinburgus: Schöffe.
revestire: zurückgeben.
sacire: in Besitz nehmen; für sich beanspruchen.
solsadire, solsatire: bis Sonnenuntergang auf den Gegner warten.
sonia, sunnia: Entschuldigung.
tanodono (tandono): Mitgift.
tractoria, tractatoria (epistola): Aufforderung einem Reisenden Lebensmittel zur Verfügung zu stellen.

Anhang.

Übersetzung der 10 ersten Stücke.

1. Dies ist der Verkauf eines, der sich selbst verkauft.

Meinem Herrn Soundso und seiner Frau Soundso ich Soundso. Da mich die Schuld trifft, Euer Gut gestohlen zu haben, und ich es nicht anders gut machen kann, als wenn ich meinen ganzen Personenstand Eurem Dienst widme, steht fest, daß ich zwanglos und aus völlig freiem Willen, auch dann, wenn der Verkauf angefochten würde, wegen meiner Schuld meinen ganzen Personenstand Eurem Dienst verpflichte. Ich werde von Euch als von mir gebilligten Preis soundso viel solidi erhalten, damit Ihr vom heutigen Tag an völlige Macht habt, mit mir alles zu machen, was Ihr wollt, wie mit Euren übrigen Leibeigenen. Wenn ich selbst oder einer meiner Verwandten oder irgendein Fremder gegen diese Verkaufsurkunde, die ich aus freiem Willen habe anfertigen lassen, zu klagen versucht, der bezahle Euch und dem Fiskus zusammen soundso viel solidi als Buße; er möge seine Ansprüche nicht durchsetzen und dieser Verkauf und mein Wille bleibe fest bestehen.

2. Dies ist der Verkauf eines gepachteten Grundstückes.

Ich jenem. Es steht fest, daß ich verkauft habe, und ich habe in der Tat dem verehrlichen Bruder jenen kleinen Weinberg von ungefähr soundso viel Joch verkauft, der auf dem Gebiet des Heiligen Soundso sich befindet und zu dem Landgut Soundso gehört. Ich habe von Euch einen von mir gebilligten Preis, d. h. soundso viel solidi, erhalten, damit vom heutigen Tag an du, der oben erwähnte Käufer, volle Freiheit hast, mit dem Weinberg zu tun,

was du willst. Wenn aber einer, was ich nicht glaube, wäre ich es selber oder einer meiner Erben oder irgend jemand als Stellvertreter es wagte, sich dieser Verkaufsurkunde, die ich aus freiem Willen habe anfertigen lassen, zu widersetzen oder ihr zu widerstreben, der bezahle einmal und wieder einmal das Doppelte dessen, was dieser Verkauf enthält, er möge seine Ansprüche nicht durchsetzen, und dieser Verkauf bleibe jederzeit fest bestehen.

3. Es beginnt der Verkauf eines Grundstückes.

Dem ehrwürdigen Herrn und dem Pater in Christo, dem Abt Soundso ich Soundso und meine Frau Soundso. Es steht fest, daß wir verkauft haben, und wir haben Euch in der Tat ein Grundstück aus unserem Besitz verkauft an dem Soundso genannten Ort, und wir haben daher von Euch einen von uns gebilligten Preis, d. h. soundso viel solidi in Silber, erhalten, damit Ihr völlig freie Macht habt mit dem Stück aus unserem Besitz, das wir Euch mit freiem Willen verkauft haben, zu tun, was Ihr wollt. Und wenn einer von uns selbst oder von unseren Verwandten oder irgend ein Fremder gegen diesen Verkauf zu handeln versucht, der bezahle Euch und dem Fiskus zusammen als Buße soundso viel solidi, er möge seine Ansprüche nicht durchsetzen, und dieser durch Unterschrift bekräftigte Verkauf bleibe für immer bestehen.

4. Es beginnt eine Quittung.

Ich jenem, der ich auf dem und dem Landgut des Heiligen Soundso wohne. Ich habe es aus freiem Willen für gut gefunden, für die Sicherheit des Mannes namens Soundso zu sorgen; was ich in der Tat gemacht habe, weil er jenen Gegenstand durch Diebstahl in seinem Besitz hatte und ich dafür soundso viel Geld erhalten habe. Daher habe ich dir diese durch mich und durch Vertrauensmänner unterschriebene Urkunde gegeben, damit er von diesem Tage an über diesen Fall ruhig und sicher bleibe. Und wenn ich selbst oder irgend einer sich dieser Quittung, die ich von mir unterschrieben dir gegeben habe, widersetzen will, der bezahle dir und dem Fiskus zusammen soundso viel solidi, er möge seine Ansprüche nicht durchsetzen, und diese Quittung und mein Wille bleibe fest bestehen.

5. Es beginnt die Erklärung, die einer in seiner Angelegenheit verlangte.

Da es bekannt ist, daß einer namens Soundso einen anderen namens Soundso wegen Schädigung vor Gericht lud und jener ihm niemals unrecht getan hatte, kam jener vor die ehrbaren Herren, um vom Kläger diese Erklärung machen zu lassen, damit er es nicht wagt, gegen ihn gerichtlich vorzugehen. Wenn er oder sonst jemand an seiner Statt es wagt, sich dieser Erklärung zu widersetzen, der bezahle dir und dem Fiskus zusammen soundso viel solidi, seine Ansprüche möge er nicht durchsetzen, und diese Erklärung bleibe fest bestehen.

6. Es beginnt die Erklärung, daß einer einen anderen in seiner Angelegenheit zurückwies.

Es sei bekannt, daß jener in der Stadt Angers vor dem ehrwürdigen Herrn Abt Soundso und den übrigen ehrbaren Herren, die mit ihm zugegen waren, deren Namen oder Unterschriften und Siegel hier unten vermerkt sind, gewisse Männer, genannt Soundso vor Gericht lud, indem er sagte, sie wären in seinen Weinberg an dem Orte Soundso ungerechterweise eingebrochen. Da dieser und dieser zur Antwort gaben, sie hätten einen rechtsgültigen Gewährsmann namens Soundso, einen Hausverwalter, der bezeugen könnte, daß er ihnen den Weinberg gegeben hätte, so wurde ihnen von den Herren bedeutet, daß sie an dem und dem Tag in der Stadt Angers ihren Gewährsmann zur Zeugnisablegung vorstellen müßten; wenn sie es nicht täten, so müßten sie jenen in den Besitz seines Weinberges wieder einsetzen.

7. Es beginnt ein Urteil.

In der Stadt Angers vor dem Vorsitzenden und den übrigen Herren, die mit ihm zugegen waren, klagte jener einen gewissen Mann namens Soundso an, weil er durch sein Treiben Tiere verloren hätte, daß mehrere Tiere durch sein Treiben gestorben wären und er sie geschunden hätte nach deren Tod. Dieser wurde gefragt, was er in dieser Sache antworte. Und dieser sagte, daß er weder seine Tiere je getrieben hätte, noch er durch sein Treiben die

Tiere je verloren hätte, und daß sie nicht durch seine Hände geschunden worden wären. Deswegen waren der Vorsitzende und die Beisitzer der Ansicht, daß dieser sich in soundso viel Nächten mit soundso viel Männern in der Kirche des Heiligen Soundso entschuldigen sollte. Wenn er dies tun könnte, so sollte jener in dieser Sache Frieden schließen. Wenn nicht, dann sollte dieser den Schadenersatz leisten, den das Gesetz in einem solchen Fall bestimmt.

8.

In Gottes Namen. Es ist der Wunsch und der Wille der Brüder Soundso gewesen, von ihrer Habe unter sich zu teilen, was sie auch getan haben. Jener erhielt das Haus mit dem ganzen eingezäunten Hof Soundso, sowie die Leibeigenen, das bewegliche und unbewegliche Gut, das sich im Hause befindet, und Weinberge, Wälder und Weiden so viel, als zum Hause gehört, in vollem Umfang. Dagegen erhielt sein Bruder Soundso ein anderes Gebiet, genannt Soundso, mit allem, was dazu gehört. Sie beschlossen daher, daß sie sich eine eigenhändig unterschriebene Urkunde gegenseitig geben sollten, was sie tatsächlich taten, damit jeder seinen Teil habe, halte und besitze und ihn vermache, wem er wolle. Und wenn einer von uns es wagt, gegen seinen Genossen zu handeln oder ihm zu widerstreben, der verliere seinen Teil an seinen Genossen und zahle außerdem soundso viel solidi, seine Ansprüche möge er nicht durchsetzen, und dieser Teilungsvertrag bleibe zu aller Zeit fest bestehen.

9.

Ich jenem. Wir haben auf die Bitte unseres Pflegekindes beschlossen, ihm ein Grundstück, genannt Soundso, an dem und dem Orte zu schenken wegen der eifrigen Dienste und des Wohlwollens, die es uns bekanntlich bezeugt hat. Dies haben wir auch getan, damit von heute an dieses Grundstück ihm völlig gehöre und es volle Freiheit habe, mit demselben zu tun, was es wolle. Und wegen der Angriffe schlechter Menschen haben wir beschlossen, eine Buße hierin einzuschließen; was wir auch getan haben.

Wenn einer unserer Erben oder irgend jemand oder ein Fremder dieser Urkunde widerstreben will, der bezahle ihm soundso viel solidi, er möge seine Ansprüche nicht durchsetzen, und diese durch Unterschrift bekräftigte Urkunde bleibe jederzeit fest bestehen.

10. a) Dies ist eine (eingetragene) Urkunde.

Im vierten Jahr der Regierung unseres Herrn, des Königs Childebert, an dem und dem Tag des Monats Soundso, als die städtische Behörde von Angers dem Brauche gemäß eine Sitzung auf dem Marktplatz abhielt, sprach der hochansehnliche Herr, der Anwalt Soundso: „Ich bitte dich, löblicher Herr Stadtverteidiger Soundso, Stadtverwalter Soundso, Befehlshaber Soundso und die gesamte städtische Behörde, daß du das städtische Archiv eröffnen lassest, weil mir etwas vorliegt, was ich bei den Akten erledigen muß. Der Stadtverteidiger, der Stadtvorsteher und die gesamte städtische Behörde sprachen: „Das Archiv steht dir offen, erledige was du magst.“ „Dem schriftlichen Befehl jener gehorchend soll ich als Sachverwalter auftreten wegen des Auftrags, durch den sie ihrem geliebten Gemahl alle ihre Prozesse sowohl vor dem Gau- als vor dem Hofgericht wie auch an anderer Stelle zur Ausführung übertrug, damit er veranlasse, daß die Güter, die ihr aus dem Eigentum ihrer Eltern gesetzlich zufallen oder zufallen sollen oder ihr mit vollem Recht geschuldet werden, gegen ihre Verwandten oder gegen sonstwen gerichtlich unanfechtbar gemacht werden. Nach Einsichtnahme in dieses Mandat, das sie ihrem geliebten Manne erteilte, soll ich es in die städtischen Urkunden eintragen.“ Die Behörde nun sagte: „Den Auftrag, den du zu haben behauptest, soll der verehrliche Herr Soundso, Diakon und Schreiber, in Empfang nehmen.“ Der Anwalt sagte: „Ich bitte die Herren und die ganze Behörde, da Ihr wisset, daß dieses Mandat den Gesetzen gemäß erteilt worden sei, daß Ihr die Schenkungsurkunde, die ich in meinen Händen habe, in Eurer Gegenwart auf dem Marktplatz vorlesen lasset.“ Die Behörde nun sagte: „Die Schenkungsurkunde, die du behauptest, in den Händen zu haben, soll der Diakon und Schreiber der Stadt Angers

in unserer Gegenwart in Empfang nehmen und vorlesen. Nachdem dieser sie in Empfang genommen hatte, sagte er:

b) Es beginnt das Mandat.

„Meinem Herrn und Gemahl Soundso. Ich bitte und flehe deine geliebte Gnade an, daß du an meiner Stelle meine sämtlichen Prozesse sowohl vor dem Gau- als vor dem Hofgericht wie auch an anderer Stelle zur Ausführung bringst und veranlaßt, daß diese meine Güter, die mir aus dem Eigentum meiner Eltern gesetzlich zufallen oder zufallen sollen oder mir mit vollem Recht geschuldet werden, gegen meine Verwandten oder gegen sonstwen gerichtlich unanfechtbar gemacht werden. Und wisse, daß, was du auch an unserer Stelle tun, verrichten und ausführen wirst, von uns als gültig angesehen werden soll.“

Dieses Mandat wurde in der Stadt Angers vor der städtischen Behörde beschworen.

c) Es beginnt die Schenkung.

„Meine süßeste und von ganzem Herzen zu liebende Braut, Tochter des Herrn Soundso, ich genannt Soundso. Da ich mich mit Gottes Gnade dem Brauche gemäß mit dem Willen deiner Eltern mit dir verlobt habe, schenke ich dir daher als Brautgeschenk etwas aus meinem bescheidenen Vermögen, nämlich ein Haus mit umzäuntem Hof, bewegliche und unbewegliche Habe, Weinberge, Wälder Wiesen, Weiden, Gewässer und Wasserläufe; die anstoßenden Grundstücke und die oben erwähnten Dinge, allerliebste Braut, überlasse und übertrage ich dir gänzlich durch diese Schenkung am glücklichen Tage unserer Vermählung, damit du sie in deinen Besitz aufnimmst. Ich schenke dir ein Armband, soundso viel solidi wert, soundso viele Tuniken, eine Bettdecke für ein gemachtes Bett, soundso viel solidi wert, goldene Ohrringe, soundso viel solidi wert, Ringe, soundso viel solidi wert. Ich schenke dir ein Pferd mit Sattel und allen Decken, soundso viel Ochsen, soundso viel Kühe mit ihren Kälbern, soundso viel Schafe, soundso viel Schweine. All diese erwähnten Dinge sollst du in deinen Besitz und Eigentum aufnehmen für dich und deine Nachkommen, wenn welche von uns beiden

erzeugt werden, unbeschadet der Rechte des Heiligen, auf dessen Gebiet sie sich befinden. Und wenn es je einen gibt, sei es ich selber oder einer meiner Erben und Verwandten, sei es irgend jemand, ein Fremder oder ein Stellvertreter, der sich dieser Schenkung, die ich dir aus freiem Willen habe niederschreiben lassen, widersetzen wollte oder es wagen würde, zu klagen und Schadenersatz zu beanspruchen, der bezahle dir vor Beginn des Prozesses einmal und ein anderes Mal das Doppelte dessen, was die Schenkung enthält, oder dessen, was sie zu jener Zeit mit dem Wertzuwachs ausmachen wird, seineKlage sei erfolglos, und diese Schenkung und unser Wille bleibe zu allen Zeiten fest bestehen."

Darauf sagte die Behörde: „Wenn du noch anderes wegen dieser Angelegenheit vorliegen hast und verhandeln sollst, sage es augenblicklich." Der Anwalt sagte: „Ich danke Eurer Ansehnlichkeit dafür, daß Ihr die niedergeschriebene Schenkungsurkunde jener, die ich zu besorgen habe, Eurem Wohlwollen gemäß in die städtischen Akten eingetragen habt."

Carl Winter's Universitätsbuchhandlung in Heidelberg.

Fulcheri
Carnotensis Historia Hierosolymitana

Mit Erläuterungen und einem Anhange

herausgegeben von

HEINRICH HAGENMEYER.

Preis 35 M.

Fulcher von Chartres war Teilnehmer am ersten Kreuzzuge u
Kaplan König Balduins I. von Jerusalem. Seine Historia handelt ü
den ersten Kreuzzug und über die Vorgänge im Königreiche Jerusal
seit dessen Gründung im Jahre 1099 bis zum Jahre 1127. Sie ist
einzige ursprüngliche Quellenschrift eines Abendländers und fräi
schen Bewohners Jerusalems, der über die meisten Jahrzehnte
lateinischen Königreiches in zusammenhängender Reihenfolge
Hauptereignisse, die er miterlebte, niedergeschrieben und damit sei
Zeitgenossen und der Nachwelt einen nicht geringen Dienst erwie
hat. Der Herausgeber Dr. H. Hagenmeyer hat in derselben Weise
die von ihm besorgten Ausgaben von Ekkehards Hierosolymita, d
Anonymus der Gesta Francorum, von Galters Bella Antiochena so
den Epistulae et Chartae ad primum bellum sacrum spectantes,
durchgängig in der Gelehrtenwelt reichliche Anerkennung gefunden hal
auch Fulchers Historia Hierosolymitana ausgearbeitet, wobei er bestı
war, auf Grund aller noch vorhandenen Handschriften einen tadello
lateinischen Text zu bieten, und in dem beigegebenen Kommen
die Mitteilungen Fulchers behufs eines tieferen historischen Verstä
nisses der damaligen Verhältnisse des fränkischen Orients im Vergle
zu den bisherigen Darstellungen in kritischer Beleuchtung sowie
ihrem Werte aufzuzeigen. Außer einer ausführlichen Einleitung ü
die Person und die Schrift Fulchers sowie einem die Indices der Ha
schriften und das sogen. Feuerwunder betreffenden Anhange sind
Buche ein bibliographisches und ein chronologisches Register, fe
ein Index rerum et Glossarium beigegeben. Jeder Liebhaber mit
alterlicher Geschichtsforschung wird in dieser Ausgabe eine reiche
lehrung finden und das Buch nicht ohne willkommene Förder
seiner Kenntnisse in der Kreuzzugsgeschichte aus der Hand legen